

marad

9

CHRISTIANA
SECVLI XVI. PER HVNGARIAM 2126
IN
RELIGIONE
TOLERANTIA,
SEV
EXERCITATIO HISTORICA

DE BENIGNISSIMA VOLUNTATE

REGIS IMRE-KALMAN-KÖNYVTAR
R. G. V. M.,

EX
ISAIAS 38: 19. b.

AVGVSTA DOMO AVSTRIACA
EVANGELICOS,

Ante confirmatum Legibus Regni
Hungariae Religionis eorum,
publicum exercitium,

MARTINO KLANITIVS
THVROCIENSI,
ECCL. MAGLODIENSIS PAST.

CONSCRIPTA.

Ravichmanni 1768. Arhiv-c-n.

ACCESSIT

Confessio Fidei V. LL. RR. Ciuitatum Super-
Hung. D. Regi FERDINANDO I. an.
1549. exhibita.

PESTINI,
LITERIS ROYERIANIS.

113866

S. Ambrosius ad Imp. Theodosium: Nihil, inquit, tam in Imperatore amabile esse, quam si libertatem dicendae sententiae concedat, et hoc inter bonos et malos Principes discrimen esse, quod boni libertatem ament, seruitutem improbi.



SPECTABILIS
AC
PERILLVSTRI
DOMINO
BALTHASARI
PONGRATZ

DE
SZ. MIKLOS ET Ó-VÁR,

OLIM
IVRATO FORI VTRIVSQUE
ADVOCATO

IAM INCLL. COMITT. REG. HVNG.
ZOLIENSIS, LIPTOVIENSIS,

NEC NON
PEST, PILIS AC SOLTH
ARTICVLARITER VNITORVM,
TABVLAE IVDICIARIAE
ASSESSORI,

IN HISQUE
VIARVM ET AGGERVM DANVBIALIVM
SVPREMO DIRECTORI

D. D. D.

REVÉSZ JMRE
KÖNYVTÁRÁBÓL

THE HISTORY OF THE

PROVINCE OF MASSACHUSETTS

FROM 1630 TO 1780

BY SAMUEL JOHNSON

IN TWO VOLUMES

LONDON: PRINTED BY R. BENTLEY, ST. MARTIN'S LANE, 1780.

THE HISTORY OF THE

PROVINCE OF MASSACHUSETTS

FROM 1630 TO 1780

BY SAMUEL JOHNSON

IN TWO VOLUMES

LONDON: PRINTED BY R. BENTLEY, ST. MARTIN'S LANE, 1780.

SPECTABILIS DOMINE!

*Benignissima Normalis Resolutio,
Augustissimi Caesaris et Regis
Hungariae IOSEPHI II, in ma-
teria Religionis sub 29. Octob. an.
1781. publicata, toto, quam late
imperat orbe, summam auxit laeti-
tiam: TE simul obstrinxit, ut fauo-
rem illum, plus quam Augustum,
tacita piaque existimatione venereris,
et dum verbis, pro copia ac im-
mensitate eius, laudem adsequi non
potueris, quidquid est honesti TVI
moliminis, quo amor ille, Patris
Patriae, in omnes apud nos profluat,*

*ex obsequio erga optimum Caesarem,
conferas. Cum autem illis sanctif-
simis Augusti destinationibus, una
remora, in partibus variis, pone-
ret aliam, concepisti in votis, ex-
plicaret quisquam, relatione solum
historica, iam ante Confirmatum Le-
ge Regni, religionis Evangelicae
exercitium, Reges Hungariae, sub-
ditis suis libertatem colendi Deum
indulsiſſe; quo pateat, ab Augu-
stissimo Imperatore, imperatam
gratiam, a Gloriosissimorum Suo-
rum Maiorum ingenio, non esse
alienam.*

alienam. Magnas quidem, studium
tale, habet in patria hac difficulta-
tes, ob documentorum praesertim
defectum; verum cultu in TE ple-
nus, eo obsequentius, laborem illum,
tentare constitui, quo magis me ob-
stringit Augustissimo aeternum de-
bita seruitiorum promptitudo, atque
amor Patriae; et excitat spes, e
difficillimis exordiis, industria ali-
orum accedente, tandem eluctari pos-
se, coepta haec tenuissima. Accipe,
iam peto, Spectabilis Domine!
more TVO, conatus hos; neque

tenuitate mea, sed scopo eosdem
metiaris, et quo institutum assequan-
tur, porro auxilio esse digneris.
Ego vero Deum, toto animo, cau-
sa TVI et TVORVM, semper
deprecabor, emoriarque

TVVS, Spectabilis Domine

Maglodini d. 6. Maii.

an. 1783.

Deuotissimus Seruus
Auctor.



CONSPECTVS.

- §. I. *Exhibet*: argumentum et inscriptionis originem. 11
- §. II. *Regum Hungariae*, erga Confessores renouatae doctrinae, benignissimam voluntatem, et quidem in genere. In specie exponit. 14.
- §. III. *Reges Hungariae*, confessiones fidei Euangelicorum, auctoritate Regia inquisitas, clementer recepisse; 21
- §. IV. Illarum exercitium ratum habuisse; 27
- §. V. Euangelicos, Regni Baronum, summa dignitate, alios, 27.
- §. VI. Alios minoribus in Regno honoribus, donasse frequentissime; 50
- §. VII. Exteris Euangelicis, in Comitibus Regni, Indigenatum contulisse; 56.
- §. VIII. Quosdam ex Ven. Clero, doctrinam renouatam acceptantes, non reduxisse vi, quin potius, non nullos, beneuolentia cumulasse; 59.
- §. IX. Militibus, praesertim praesidiariis, admisisse sustentandos concionatores. 65.
- §. X. In admissione vsus S. Coenae sub vtraque, et Matrimonii Sacerdotum, multum laborasse; 69.
- A 5 §. XI.

§. XI. Tempia per totum Regnum, anti-
qua retinere, et noua aedificare, nun-
quam impediuisse; 78.

§. XII. Scholas publicas aedificandas, pro-
lubitu ordinandas, permisisse; 82.

§. XIII. Typographias liberas concessisse; 87

§. XIV. Synodos et Congregationes sacras,
quoties necessum visum fuit, libere
conuocatas, tolerasse; 89.

§. XV. Visitationes Ecclesiarum, et inter-
dum Ministrorum ordinationes, indul-
fisse, immo priores faciendas deman-
dasse; 93.

§. XVI. Ministrorum bona et iura Paro-
chialia, titulosque confirmasse; 96.

§. XVII. Epilogus. 106.

Addamentum. 110.


Confessio quinque ciuitatum - Kas
sai Löw, Sings, Sgerjas. Rehm.





S. I.

*A*ugustissimi Imperatoris et Regis
IOSEPHI II. benignissima voluntas
de Christiana Tolerantia, illustre ar-
gumentum, aetatis huius scriptoribus,
exhibuit. Ex his, Cel. Ioan. Nep.
*Bartholotti Exercitatione de libertate
conscientiae, an. 1782. Viennae edita,*
momentum illud, tam solide ex iure
diuino et humano propugnat, vt ve-
ritas, clariori vix egeat demonstra-
tione. Fata illius caritatis Christia-
nae, erruere porro ex tenebris, et
praesertim domesticorum Regum ex-
emplis illustrare, vtile futurum, iudi-
cat idem auctor. Et sane magnum
praesidium suppeditabit talium cog-
nitio, ad diligendum custodiendumque,
amo-



amorem illum sanctissimum, quem,
 dum saepe constringit opinionum ae-
 stus, amplius prouehunt maiorum ex-
 empla. Hoc studio adgredior succin-
 ctam exercitationem, qua, quantum
 per tenuitatem virium et documen-
 torum licuerit, paucis *referam histo-*
rice, Regum ex Augusta Aula Au-
striaca, benignissimam voluntatem, in
Euangelicos Hungariae, ante confir-
matum Lege Regni, publicum religio-
nis eorum exercitium. In limine fa-
 teor, et res hic comprehensas, et
 verba inscriptionis, a fide dignis
 mutuatas esse: suos fere quoduis
 membrum, continebit fontes; tituli
 originem, verba quaedam Augusto-
 rum, suppeditarunt. De FERDI-
 NANDO I. Imp. et Rege, Archia-
 ter Aulæ Augustissimæ, aeuo suo
 celeberrimus, *Ioannes Crato a Graff-*
heim, in epistola Dedicatoria, ad
Rudolphum et Ernestum, MAXIMI-
 LIANI II. Imp. filios, *Historiae Bo-*
hemicae, Ioan. Dubrauii praefixa,
 Viennæ Idibus Iunii an. 1574. ita
 scri-



scribit: *Imperator FERDINANDVS crebris sermonibus ante obitum usurpavit, inter summa beneficia, quae Deus in gubernatione Imperii concessisset, primum atque maximum, vero animi iudicio, optimaque conscientia hoc se ducere, quod ad sedandas discordias publicas animum adiecisset, et tolerantiae in religione formulam, benignissimus Deus sibi in mentem dedisset.* - - Imper. **MAXIMILIANI II.** quae huc faciunt verba, exstant in litteris ad *Lazarum Schwendi* sub dato *Viennae an. 1574. 22. Febr.* apud *Goldast. Part. II. der Reichsfitzungen p. 324.* in quibus *Augustus*, mentione facta *persecutionum Hispanicarum in Belgio*, progreditur his: *Und ist in der Wahrheit nicht anders, als wie Ihr vernünftig schreibet, dass Religionsfachen nicht mit dem Schwert wollen gerichtet, und gehandelt werden; kein Ehrbarer, Gottesfürchtiger, und Friedliebender, wird es auch anders sagen; zu dem, so hat uns Christus, und seine Apostel, viel ein*
an-




anders gelehret. - - In summa: mir gefällt es gar nicht, und werde es auch nimmermehr loben; es wäre dann Sach, dass Gott über mich verhangte, dass ich toll und unsinnig würde; davor ich aber treulich bitten will. Plura inferius.

§. II.

Seculo XV. nullam in moribus disciplinam, nullam in sacris litteris eruditionem, - - nullam propemodum religionem fuisse in Ecclesia, queritur Card. Bellarminus in Conc. XXVIII. Opp. Colon. an. 1617. edit. Tom. V. p. 269. Tristem faciem habuisse, Ecclesiam etiam Hungariae, conspicias ex actis synodalibus Nitriensibus an. 1494.; ex legibus Regni, de emendandis defectibus Ecclesiae conditis; et vel ex illis, quae Iosephus Benzur iunior in Tractatu: Was hat der Regent für ein Recht über Pabstliche Bullen? Viennae an. 1782. edito, passim adfert. Necessitatem
emen-




emendationis seu Reformationis Ecclesiae, in capite et membris, mature praeuidebant Episcopi quidam Hungariae, quod patet ex consensu in Decreta Concilii Basiliensis dato, testantibus actis Synodi Scepusiensis an. 1460. apud Pétersium; dissensus Concilii Basiliensis cum Ferariensi, paratam medicinam infecit, mala magis irritabat. Auersabantur omnes boni, in Ecclesia defectus; quare illorescentem ex Germania doctrinam renouatam, ab an. 1519. intuendo, meliora animo concipiebant. Excitauit eos praesertim Archi-Episcopus Strigon. *Georg. Szathmari*, iussu R. Pont. *Leonis X.* an. 1521. ex Cathedris, Lutheri dogmata damnando, quae, quid boni vel mali ferant, quoad cognouissent, non cessabant. Scrutantibus, aderant opera, *Simon Gryneus*, *Vitus Vinshemius*, Budae Paedagogi (ad mentem Lutheri, *Timon* in *Epit. Chron.* ad an. 1523. ita ait,) *Ioannes Henkelius*, *Michael Siklosy*, et alii, quos recenset *Gönczius*




szius in Praefat. Nou. Test. Hung. edit. an. 1586. Statim initio, adfuis-
 set progressus Euangelii repurgati,
 nisi intercessissent causae, quas *D. Lutherus in Epistola ad R. Mariam, an. 1526.* data exponit. Clades Mo-
 hacsiensis tristissima, et Ven. Cleri
 partem maiorem peremit; vnde fie-
 bat, vt sponte Parochiae Romano
 Catholicae, Ministros Lutheranos e-
 uocarent, ad an. vsque 1611. con-
 sciis Praelatis, quod patet ex De-
 cretis Synodi Prouincialis eiusdem
 anni, conuocatae per Rdf. Archi-
 Episc. *Franc. Forgács.* Illi praeser-
 tim Magnates, qui antea amore
 Euang. doctrinae incensi fuerant, vt-
 pote *Petrus Prény, Casp. Dragfy, Thurzones, Bathorii, Forgácsii, Battyani* etc. paulo post singuli, anima-
 rum Pastores Euangelicos, delige-
 bant, acceptamque doctrinam, pro-
 pagabant diligentissime, quod *Ioh. Iratossy in Praefat. ad Perkinsium Hungarice edit. Leutsch. an. 1637.*
 et *Timon in Epit. Chron.* aliique
 con-


confitentur. Exemplo Nobilium excitati, idem faciebant plerique; Montanae etiam, et Superioris Hung. Regiae ciuitates. Renouabant Euangelii doctrinam in *Cottu Trenchiniensi an. 1526. Basilius Modonius, an. 1530. Paulus de Hunicsova, Georg. Boheimus, Ioh. Schindler; in Aruensi, Casp. Kolarik, Ieroslaus Urbanouits; in Liptouiensi Andr. Iacobaei, Stanisl. Mokofinus; in Zoliensi, Nicol. Mathaesus, Ioh. Zeisel, Anton. Philadelphi. Cassouiam docuit, Anton. Transiluanus, et Math. Deuay; Bartpham Esaias Lang et Mart. Radaschinus; Leutschouiam Barthol. Bogner; Eperiesinum Sam. Sautner; Debrecinum Bas. Radan; Vjhelinum, mox Patakinum Mich. Siklosy et Steph. Kopatsi, vt plures, in praesens taceam. Opinione citius, fere omnes Hung. partes, replebantur Euangelio, et circa an. 1559. non nisi tres Magnates Romano Catholici numerabantur, Nobiles vix vlli, quod scriptum reliquit Iesuita Szanto, in Szentiuanany Diss.*



paral. p. 217. Hunc progressum Lutheranismi, clementissimus Rex FERDINANDVS I. sub initium inhibere studuit, quo fine, complura publicabat intimata et speciatim datum an. 1526. Budae; ac an. 1534. ad Barthphenes, de capiendo apostata Esaiâ, eorum Concionatore, quod exhibet *Cel. Wagner in Diplom. C. Sarof. p. 496.*: ast, plus, quam natura religionis fert, videns se agere non posse, mediam ingressus est viam, tandemque Euangelicos Christiano prosequeretur amore. Cardinalis *Petr. Pazmany*, diffiteri non poterat, illum Regis gratiosum adfectum, sed subobscura solum formula, recognoscit, verbis seqq. *Á mi Országunkba Lajos Király veszése után, mikor a két Király vissza vonása támadta, mindenik szájára bocsáta az Urakat, hogy így künneiben magához köetne eöket - - elteriede az Uj tudomány. Conf. Az mostan támadt uj tudományok hamisága, edit. Graecii an. 1605. pag. 18. Flore-*
mun-



mundus Raemundus, Spondanus et plures, benignam hanc Caesaris caritatem, vitio potius vertere fatagunt, dum, a FERD. I. propagatum esse in Hung. Lutheranismum, tradunt. Missis testibus, sufficiat innuisse, Regis animum, non fuisse ab Euangelicis alienum; quare et Card. Pallavicini in Hist. Conc. Trid. Lib. XIV. Cap. VI. FERDINANDVS, inquit, filium pene inter Lutheranos educavit, quorum praedicantes (Ioh. Phauser ab an. 1554. - 1559. MAXIMILIANI II. pastor fuit) libere in sua aula permittebat. Conf. Istanf. Lib. 21. p. m. 436. Successor itaque MAXIMILIANVS II., tempestive principiis imbutus mitioribus, constanter fecit id factis, quod ore repetebat: gravissimum scelus esse, conscientias dominari. Eiusdem Regis mandato, prohibitis Arianis et Sacramentariis dogmatibus, nostris iniungebatur, sentiant in Confessione fidei de Trinitate, sicut SS. Patres, iuxta normam fidei Apostolorum, item Sym-



bolum Nicaenum, Ephesinum, Chalcedonense, et Constantinopolitanum - - quod publicatum in Scepusio an. 1570. Nouemb. mense. Summam gratiam, tanti Principis, erga Euangelicos, laudatam legimus apud *Cratonem* *ilius Medicum*, apud *Crusium* in *Annalibus Sueuicis*, in *Austria Euangelica*, et passim. Hungaria Euangelica, nunquam *Regi* deferret dignas grates; *Eodem* namque regnante et annuente, in corpus debitum excreuerat Ecclesia, et libere omnes profitebantur religionem. Sed neque Imperatoris RVDOLPHI II. voluntate propria, aduersi quid, eueniebat Euangelicis, licet adfuerint fomenta perturbationum, subiecta ab illis, qui Caesari suadebant, illud inhumanum:

Vtere iure tuo, Caesar, seruos-
que Lutheri


Ense, rota, ponto, funibus, igne,
neca.

Multa ab *Eodem*, singularia documenta Christiani amoris accipiebant nostri, quae paullo post specificata se-

sequuntur; immo, huius indultu sequebatur, vt ab an. 1606. non pro tolerata, sed pro publice in Hungaria stabilita, religio Euangelica habita sit, quod Hist. Ciuilem et Decreta Regni legentibus, ad oculum patet. Verum praeſtabit, expendamus singularia.


§. III.

In Comitibus Regni, an. 1548. Pofonii habitis, Rex FERDINANDVS I. cum Statibus Regni, conſtitutis illis, quae ad religionem, in priſtinam normam redigendam pertinebant, iuſtum iudicabant, vt Concilio Generali, rem religionis controuerſam, dirimendam committerent. At praeuidebat Rex, Concilio iam ſemel diſſoluto, ſpem eius differendam eſſe; quare in eodem Conuentu, vt ratio quaedam inueniretur, quae pacem in negotio religionis, inter Hungariae ciues etiam firmaret, librum *Interim* dictum, Romano Catholicis




et Euangelicis, pro regula religionis communi, Statibus Regni insinuabat; Euangelicis inuitis, liber non est receptus, vt refert *Cel. Car. Wagner in Annal. Scepus. P. II. p. 54. et Melancthon in Epist. an. 1549. ad Georg. Ppem Anhaltinum, Ecclesiae Magdeburgensis Praepositum, his verbis: Rex FERDINANDVS in Pannonia proposuit Ecclesiis, quae nobiscum sentiunt, Interim librum, sed nequaquam receptus est. Et siquidem in iisdem Comitibus, de Sacramentariis et Anabaptistis regno pellendis, inspiciendisque omnibus Ecclesiis lege decretum esset; delegat Rex quaesitores, (Commissarios) mandatque in rem religionis sedulo inquirent. Ex his duo, mollioribus instructi Consiliis, vt pote Dn. Rdff. Steph. Sbardallat Eppus Vaciensis, et Dnus Mag. Gregor. Sibrik, Regis Consiliarius, an. 1549. d. 14. Aug. venerant ad Superioris Hung. Regias Ciuitates, atque Conuocatis Eperiesinum Ciuibus, demando officio*

ficio defungebantur, a singulis Confessionem fidei suae desiderando. Cives Evangelici, licet Augustanae Confessioni se insistere, saepius repetierint; tamen ad tollendam suspicionem doctrinae Anabaptistarum et Sacramentariorum, mandata facere debebant. Ocyus igitur summa religionis capita, in litteras referebant, et quidem *Leutschouienses et Bartphenjes* per Ministrum *Bartphensem Michaelem Radaſchinum*; *Eperienſes, Cassowienses, Cibinenses* per iuos, eademque Regiis hominibus exhibuerant. Conuenerunt mox praefatarum Ciuitatum Nuntii *Leutschouiam* d. 22. Aug. et Consiliis mutuis, praefertim autem, nutu Comitis *Nicol. Salm*, cui religio eorum aduersa non admodum fuit, decernunt negotium religionis apud Regiam Maiestatem promouendum esse. Quare iterum oratione plana atque facili, per *Leonh. Stöckelium*, Gymnasii *Bartphenſis* Rectorem, quae exhibuerant Commissariis, exaranda faciunt, nominantque



Fidei Confessionem V. Libb. Reg. Ciuitatum Sup. Hung. et cum libello supplici, per Emericum Iudicem Eperiensem facto, ad thronum Regium Supplices, deferunt. Communem hunc consensum Ciuitatum, bene de se meritaram, FERDINANDVS REX, clementer acceptat, omnem turbationem inhihet; quibus intellectis redibant exmissi Visitatores; quae singula *Daniel Turcus Leutschouiensis in Diario illius temporis, ad an. 1549. et Philip. Melanchton in Epist. an. 1549. die 19. Nou. ad Ppem Geor. Anhaltinum data, exposuerunt. Confessio illa, articulis XX. comprehensa, non tantum per Ciuitates, praefatas, sed etiam per singulas illis Vicinas Ecclesias, pro Symbolo Fidei habita, et frequentissime in Synodis, Subscriptionibus firmata, neque in Diaeta an. 1556. reiecta fuit, vt paulo post obseruabimus. Simili Gratia regia donatae sunt Montanae Ciuitates. Has etenim Archiepisc. Strig. Olahus, acceptis a Rege ad Neosolienses,*

lienses, et alias Ciuitates, directis Mandatis, an. 1558. per Archi-Diaconum Hontensem, *Ioh. Dereczky*, ad certos fidei Articulos, interim acceptandos, vrgebat; respondebant ad singulos, per *Vlricum Cubicularium* Past. Schemnitensem, neque citati Waralyant in Thurocz, ad iudicium comparuere. Praesul repetiit minas; illi ad Regem adpellant. Et speciatim an. 1558. in Septembri, habita Crennitii Consultatione, ad normam Augustanae Confessionis, *Montanarum et Vicinarum Ecclesiarum Confessionem fidei* conscribunt, an. 1559. ad Regem supplices deferunt, cum **MAXIMILIANO** haerede Regni, et Archi-Episc. communicant; quibus in debita fidelitate peractis, inuictae constantiae subditi, permittuntur, per Regem, in vsu Confessionis pacifico, quam etiam, an. 1570. typis Christ. Scholtzii, Neosolii ediderant, et prius in Synodis Crennitii celebratis, an. 1569 et 1577. roborabant, quod protocola eorum Sy-




nodalia, fufius continent. Eodem Rege mandante, *Nobiles et ignobiles Vallis Agriensis*, qui furores metuendo, foedus de feruanda religione Euangelica iniuerant, confeffionem fidei an. 1562. ad Caefarem mittebant, adnexa purgatione atrocis criminis, cuius infimulabantur. Acquieuiſſe Auguſtum, in perlecto Scripto vtroque, atque in Agriae Congregatorum fidelitate, vel illinc intelligas, dum eorum religionis vſum inperturbatum permanſiſſe, et P. S. I. *Schmidt in Episc. Agrien. T. III. p. 43.* recognoſcat, inquiring: *Magocſi (Praefectus Praefidii) a Luthero non abhorrens, praeconem fouit, anno 1564.* Accuſationi oppoſitas literas Agrienſium, merito hic adnectere deberem, niſi breuitatis ſtudio impediret: exſtant integrae in *Hiſt. Diplom. Rel. Euang. fol. 7.*; in fragmento apud praecit. *Schmidtium p. 36.* Confeſſionibus his, facilem aditum concedens FERDINANDVS I. Rex, qua fuerit voluntate erga Euangelicos, humanus

nus et aequus iudicet censor: apud
Euangelicos gratiae illius, aeterna
manebit memoria. Sequantur porro
gratiosae illius voluntatis, monumen-
ta maiora.

§. IV.

Ex Confessionibus fidei, frequen-
tiorique Colloquio, de summa reli-
gionis Evangelicae, melius informa-
tus FERDINANDVS I. Imperator,
libertatem exercitii religionis, non
solum eatenus admittebat in Hung.,
dum veteres Lutheranis inimicas Le-
ges, filere ac quiescere effecerit;
sed frequentius, eam quoque con-
firmabat. Proceribus quidem et No-
bilibus Regni, qui religioni instauro-
tae nomen dederant, facultas admis-
sa fuit de religione, quae vellent
statuendi, neque ab an. 1548. quo
Rex Lege Regni *Anabaptistas et Sa-
cramentarios*, vt Lex habet, proscri-
psit, Euangelici ob quoscunque actus
exercitii religionis, qui pacem non
tur-



turbabant publicam, in ius trahebantur. Propendens in libertates eorum Caesar, modum in eo quaesivit; atque prudentia duce, plerumque per indirectum, in confirmandis et defendendis eorum antiquis iuribus, Regiam aequitatem administrando, amorem erga Evangelicos, litteris confirmabat. Ita an. 1550. Liptouensis Comitatus Ecclesiarum Plebani, quos Matriculae illius Contubernii, Evangelicos fuisse, clare testantur, per Egrg. Dn. *Georg. de Rakow*, Vices gerentem Locumtenentis Palatinalis Magn. *Franc. de Rewa*, supplicabant apud Regem, renouandam sibi antiquorum privilegiorum Confirmationem; annuebat Rex Clementissimus, eademque singula, in Regiis litteris repetendo, rata, grata ac accepta habuit, et per manus R. H. Cancellarii, Episc. Agriensis *Nicolai Olahi*, sigillo secreto signata, expediri curauit an. 1550. d. 5. M. Martii, vt supersunt in protocoll. Frater. illius fol. II. seqq. Eadem gratiosa

voluntate donabat, Parochos XIII. Oppidorum in Comitatu Scepusiensi, an. 1551. d. 3. Nouemb. dando eisdem protectionales litteras, contra impetitiones rerum Ecclesiasticarum, per Maresalcum regni Poloniae intentatas, quas legas in *Cel. Carol. Wagner Annal. Scepusi. P. I. p. 285.* Plures porro tales Regias litteras addere liceret, nisi ad clariora percensenda properaremus. Maxime clarum edidit B. Voluntatis in Euang. documentum Caesar FERDINAND. I. praefatas confessiones fidei confirmando. Litteras Regias, vel aetas tristissima patriae, absumsit, vel in obscuro tegit possessor; extitisse illas an. 1612. *Petr. Petschius in malleo Peniculi edito Cassou. an. 1612. testatur pag. II. his verbis: Etiam nunc exstant aliquam multa Regum Ferdinandi atque Maximiliani priuilegia, tam Montanis, quam aliis inferioris Hung. Ciuitatibus liberis concessa, quibus de religionis Lutheranae exercitio libero, atque pacifico, Ecclesiis ipso-*




ipforum cauetur. In defectu eorum, testimonia fide digna, seqq. sufficiant. Incluta Nobilitas Comitatus de Saáros, (vt in vsu fuit, quoties nouus Ministrorum Senior praesentabatur) has exhibuit Ministerio testimoniales: Nos Vniuersa Nobilitas Comitatus de Saáros, memoriae commendamus, tenore praesentium, significantes, quibus expedit vniuersis, quod Reuerendi Viri Pastores et Ministri Ecclesiarum Dei, in hoc Districtu Sárosiensi, commemorantes, exhibuerunt nobis et praesentarunt Epitomen Augustanae Conf. Imperatori condam felicitis Reminiscendae Ferdinando exhibitam, per Eumque benigne confirmatam; nec non a Reuerendissimo Strigoniensi Antonio Verantio, bis approbatam et acceptatam, adiunctis quibusdam articulis, piis summeque necessariis ad instaurationem Ecclesiarum, hoc praesertim tempore in tantis dissidiis dogmatum et confessionibus; petentes a nobis diligenter, velimus praesatam confessionem; cum adnexis articulis approba-


re,




re, ratificare, utraque auctoritate confirmare. Quum autem agnoscamus pii Magistratus officium esse, veros cultus diuinos et sincere amplecti, et infracto animo tueri ac defendere, petitionem Dnorum Ecclesiae Ministrorum dignam et iustam censentes, praenominatam confessionem (veluti propriam nobis peculiarem cum Ciuitatibus et eo nomine vnâ, cui tanquam Ecclesiae vera membra coniunctim subscripsimus) ex ipsis Propheticarum et Apostolicarum disciplinarum fontibus, succincte ac erudite haustam, vniuersoque generi humano in primis salutarem, quod omnes eius continentias, clausulas et articulos, rata, grata, et accepta habentes, approbauimus, roborauimus et confirmauimus. Immo approbamus, roboramus et confirmamus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum, sigilli nostri munimine obsignatarum. Datum in congregatione nostra Eperisiensi, decimo sexto die Decembris An. Dom. 1579. Paulus de Szebes V. Comes, Georg. Lit-



Litteratus Bornemissa, Andreas Soos
Notarius Comitatus Saaros. Pastor
autem Ec. Bartphensis, et V. LL.
RR. Civ. Sup. Vng. et Op. Scharos Se-
nior, Seuer. Sculteti; in Admonitione
ad Regni Hung. Ciues, de asserenda
et retinenda doctrina in Confess. Au-
gustana comprehensa, edit. Bartphae
an. 1599. in IVto. fol. 21. Ecclesiae,
inquit, Vngariae venerant in suspicio-
nem falsae doctrinae; mandato Sere-
nissimi Regis Ferdinandi, Sanctae me-
moriae, quinque istae ab antiquo con-
iunctae Ciuitates, Confessionem suam,
de praecipuis fidei articulis, per Leo-
nardum Stöckelium, scribi curarunt,
eidemque Regi exhibuerunt an. 1549.,
quam etiam clementissimus Dominus,
tanquam Congruentem cum Augusta-
na, et alienam ab erroribus Arriano-
rum, Sacramentariorum et Anabapti-
starum, libenter Subditis suis liberam
semper permisit, neque unquam vel
ipse, vel successores vel Episcopi infe-
starunt; est enim exhibita Antonio Ve-
rantio Episcopo Agriensi an. 60. et
postea




postea eidem an. 73. in Octaua Epe-
ries Dn. Trinitatis cum esset Archi-
Episcopus Strigoniensis. -- Quod VII.
montanas Ciuitates et eis adiacentes
Ecclesias attinet, idem beneficium
confirmationis Regiae, eas obtinuis-
se, acta eorum Synodalia an. 1569.
et 1577., quae super sunt, atque
Intimatum Regis MAXIMILIANI II.
an. 1567. ad Neosolienses exmissum,
clare continent; immo libertas eis
relicta, in Contubernia coalescendi,
facultas leges, Ecclesiis quoad disci-
plinam necessarias, condendi, et plu-
ra in protocollo Eccll. Zoliensis Co-
mitatus descripta iura, illud testan-
tur. In genere quoad omnes per
Hungariam Euangelicas Ecclesias, id
euidens est, eas Regia B. Voluntate,
in pleno vsu religionis exercitii, to-
leratas esse; alter etenim id iuris
per Hungariam non habet, vt illas
in tanta libertate sustentasset, quam
vberius in sequentibus exponam.
Agnouit id P. Timon, qui in Epit.
Chron. Hung. ad an. 1556. Euange-



licos, a fulmine tali, quale in Anabaptistas, illius Anni Diaeta vibratum fuit, *tutos fuisse pronunciat*. Et P. Szentivany in Diff. Paral. p. 65. refert, Rdf. Vicarium Strigoniensem Nicolaum Telegdinum, an. 1576. de eiiciendo Tyrnavia Praedicante, apud R. Pontificem egisse, vt videlicet sua Sanctitas Caesari vt regi Hungariae, hoc negotium commendaret: permanerat tamen vius Tyrnavien- sium pacificus; quod nequaquam eue- nisset, nisi clementia Regum indul- gente. Amplius id, aliis diducen- dum relinquo, quod *legibus Regni Hungariae, praemunitam fuisse Euan- gelicorum libertatem*, et quidem ante an. 1560. ipsi Patriae Historiae scri- ptores praeclarissimi, recognoscant. R. P. Carolus Péterffy in SS. Concil. Hung. Part. II. p. 38. scribit, Dioe- cesanam Synodum an. 1559. decre- tam esse, ex caussa inter reliquas; vt *Archiepiscopus auctoritate sua et gratia, qua pollet apud omnes, limen tot iam annos a diuersis nouatorum*
se-

*sectis obsessum, legibusque publicis in eorum fauorem, conuiuente necessitate scriptis, ceu muro saxoue praemunitum, ipse prior pertunderet. Oportuit itaque tales publicas leges, in Comitibus Regni latas fuisse; quae uero illae sint, disquisitio non est huius loci. Patrii Iuris periti, quid Baro P. Péterffy indigitat, excutient diligentius. Samuel Melikius Superintendens et Pastor Ecclesiae Briznobangensis, in Apologia Synodi Solnensis an. 1610. MSpta, haec habet: *Reflecte animum et oculos ad an. 1556. et reperies articulum, quem etiam tuo diplomate impugnas. Nam in Dieta an. 1556. similiter cautum fuit Augustanae Confessioni, et super inde talis statutus est in negotio religionis articulus: Ceterum in negotio Religionis statutum est, ut iuxta constitutiones proximorum Conuentuum, tam Domini Spirituales, quam etiam Laici (sic nostros Ministros adpellatis) studeant officio suo utrique eorum satisfacere, neque alterutra pars in alte-**



rius officium se ingerat, quemadmodum pietas in Deum sane requirit. Statutum est etiam, ut Anabaptistae etc. Vnum solum, quod ad intellectum Vocis Laici facit, adiucio ex epistolis, Rdf. Episcopi Agriensis Ant. Verantii. Hic redux a legatione Turcica, an. 1560. scribit ad Cassovienses; Ego autem Catholicus Episcopus existens, nec per Laicos patiari vobis Sacramenta administrari Ecclesiae. Iterum an. 1571. d. 19. Decemb. ad Ciues Tyrnavienses: Nolite pati, ut quipiam in vobis eo abducantur, ut sese ingerant in Ecclesiasticas functiones, quae non pertinent ad Laicos, neque vsque adeo euehantur in licentiam - - non missi currunt, et usurpant spiritu suo, non Dei, Sacramentorum administrationem, vide Schmidt. Ep. Agrien. Tom. III. p. 31. 71. Missis his, Reges clementissimos, facile beneficium libertatis conscientiae, indulgisse Euangelicis, vel illinc cognitum est, quod non egerint id, ut Politia Ecclesiastica,
 illius



illius aetatis, dissolueretur, modo vt Euangelium non damnaretur. Factis ostendebant, in ritibus Ecclesiasticis, qui adiaphori vocantur, communiter cum Romana Ecclesia se vnitatem seruaturos, immo officii etiam testabantur subiectionem Episcopis, vsu competentem; quae singula, quodsi documentis illuminare vellem, abuterer lectoris beneuolentia, excederem limites laboris.

§. V.

Fas nunc etiam, aequumque est, gloriemur illa Regum Hung. Seculi Sexti et decimi, benignissima voluntate, quam fundentibus sanguinem et opes, pro Rege ac Patria, Proceribus Euangelicis, dignitates summas conferendo, manifestabant. Qualiter Augustissimi IMPP. FERDINANDVS I. et MAXIMILIANVS II. de promouendis absque Religionis discrimine, ad officia protestantibus senserint, id ante omnia cognoscere




Scere licet, ex Resolutione an. 1578.
 Statibus Prouinciarum Germanicarum
 data, cuius vel paucissima haec ver-
 ba assumo: *Ihr Vermelden betrefend,*
dass Ihro Kais. Majest. sich gnädigst
erklären wollten, was die aus den
zweyen Ständen der A. Conf. sich für
gnädigster Beförderung zu Ihrer K.
M. zu getrösten haben sollen, da wis-
sen sie selbst, mit was Gnaden Ihro
Kaisert. Majest. bishero den Ständen
sämmtlich sowohl einer als der andern
Religion gewogen gewesen, und noch
seyn. Und dass sie so wenig, als der
geliebster Herr Vater darinnen keinen
Unterschied gehalten, sondern ein je-
den nach Gelegenheit seines Standes
und Tauglichkeit, zu ihren fürnehmen
Rathsdiensten und Aemtern gebraucht,
und befördert, und so viel sie könn-
ten, mit Gnaden bedacht, dass sich
denn die zwo Ständen noch zu ihrer
Kais. Majest. ausser einigen unversuch-
ten Zweifels gehorsamlich zu versehen,
und - - Sed validiora sint exempla
domestica. Certe nullum fuit in Hun-
 garia


garia honoris fastigium, quod gratia Regum, Nobiles Evangelici non tenuissent, seculo, de quo sermo est. Vindicabimus ab ingrata obliuione, gratiam illam, ad minus quosdam, dum plures ex abditis documentis eruderari potuerint, enumerando, qui summis dignitatibus potiebantur. Optimorum Augustorum grata prouidentia, Euangelicos, Regni Hungariae Baronum praerogatiuis auxit omnibus; voluit namque, sint:

I. PALATINI R. HVNG.

Magf. Dn. *Thomas de Nadaſd*, ab an. 1554. ad an. 1562. Heroem hunc animo fouisse Euangelicam religionem, tribus solum documentis probem, breuitas requirit. Fuit Eidem frequens literarum commercium cum Philip. Melanchtone: praeter illas, quas §. XII. dabit, ad praesens propositum spectantes, has exhibeo: *Illustris et Magnifice Domine! Etsi non potentur tota Europa Turci, et*



inclinationem Regni Turcici multa significant impendere, tamen propter peccata multiplicia in hac parte - - - metuo grassaturos esse, Turcas diutius. Et caeterae gentes ingratae Pannoniis Vos non adiuuant. Orandus est igitur Filius Dei, qui stat, ut Daniel Propheta scripsit, pro filiis populi sui, ut tegat Ecclesiae suae reliquias, nec sinat penitus deleri pios coetus, qui Deum recte inuocant. Huius Ilyrii Ioannis Drugnerii patriam Crisis, quam gubernasti, cum Turci teneant, ipse Ioannes ad Te potissimum accedere decreuit, quem scit dolore singulari adfici, propter eius oppidi exules et communem gentis calamitatem. Poterit seruire in Ecclesia aliqua. Quare Te rogo, ut huic exuli opem feras. Ita Tibi leniet Deus Tuos dolores. Bene et feliciter vale. In festo Iacobi Apostoli filii Zebedaei et Salomes an. 1555. Philippus Melanthon. Inscriptio: Illustri ac Magnifico Dno Thomae Nadaжди Palatino Regni Hungariae, Patrono suo reueren-




reter colendo. Exstat porro in Protocol. Visit. Superintend. Trans Danub., iussu C. Pauli de Nadaſd an. 1631. scripto, in actis Visitationis Ecclesiae Horpatsiensis, M. Dn. Thomam de Nadaſd Pastori illius Loci, quotannis pallium exhibuisse: vnicum quoque Haeredem Herois *Franciscum* in religione Euangelica fuisse educatum, et in filio Dn. C. Paulo, merita in Ecclesiam continuauisse, vt infra quoque exponam. Haec singularia, beneuolentiae P. D. Godofr. Keler, cui est adparatus litterarum Hungaricarum omnis scientiae, studiumque patriam illustrandi, gratus debeo.

Mgf. Dn. Stephanus Illeshazy R. Palat. an. 1608.

2. LOCVMTENENS REGIVS.

Mgf. Dn. Alexius I. Thurzo de Bethlem-salua ab an. 1536-1543. P. Schmitth in palat. R. H. p. 130. scribit quidem, Alexium vltima voluntate in Coenobia munificum fuisse;



se; quam false, conuincit Testamen-
tum, in quo ne littera de coenobiis
occurrit, vt legi potest in *Cel. Car.*
Wagner Anal. Scepus. P. I. p. 168.
R. Podlusany in rebus gestis Reg.
Hung. p. 496. clare confitetur, Lu-
theri doctrinam eum adamauisse, ne-
que amplius quisquam id negabit,
qui leget *Communitatis Euangelicae*
Leutschouiensis de foundationibus suis,
recenter conscriptam relationem, qua
euincunt legatum, praefati patroni
litterarum, datum *Augustanae Con-*
fess. addictis, et annuentibus clemen-
tissimis Regibus, vltra seculum, pos-
sessum fuisse. His accedat lux ex
Anal. Scepus. Part. IV. p. 85. sq.

3. LOCVM TENENT. PALATINI.

Mgf. Dn. *Franciscus de Reua,*
C. Thurociensis, ab an. 1543-1553.
Illustris amore renouatae religionis,
et post an. 1544. quo Rex *Ferdinan-*
dus, in religionis negotio ad eum
scripsit, multis in Ecclesiam inclaruit
me-

meritis, praesertim in Thurociensi tractu, quem opera Pastoris Ecclesiae S. Martini, *Stanislai Gosnowicer*, ordine bono donabat. Fufius haec adducere liceret, ex Epistola D. Lutheri ad nostrum Heroem an. 1539. scripta, quam M. Georg. *Horuath* cum illustrationibus, edidit typis *Wit-teb.* an. 1754. in *IV.* Item: *Histor. Certam. Sacram Seu. Sculteti*, edit. 1599. fol. 19. *Leonh. Stöckelii Praefat. Postillae edit.* an. 1599. *Bartphae, et Analect. Saaros* p. 500.

Mgf. Dn. *Michael Mérey de Mére*, ab an. 1563-1572. Huius, et filiae *Annae*, confortis M. D. *Casp. Séredy*, religionis Euangelicae memoria, in Protocol. *Frater. Nitrien. Comitatus* remansit.

Mgf. Dn. *Emericus Czobor de Czobor Sz. Mihaly*, ab an. 1572-1582. Legum peritia excellens, fuit focer *C. Georgii Thurzo* per filiam *Elisabetham*. Vide *Orat. Funebr. C. Georg. Thurzo per Isaac. Abrahamidem*
Prae-




*Praepositum et Past. Bajmocensem edit.
an. 1617. Leutsch. in IV.*

4. IVDICES CVRIAE R.

Post Mgf. Dn. *Alexium Thurzo* et
Thomam de Nadaasd, admoti sunt
huic officio:

III. *Gabriel Perény*, Petri illius
celeberrimi, filius, an. 1567. mor-
tuus. *Seu. Sculieti L. C. et Basil. Fa-*
britius in Orat. Funeb. edita Witteb.
an. 1570. in IV. quis fuerit, clare
exponunt. Stephanum *Kopacsi* Con-
cionatorem, tanto fauore prosequen-
batur, vt ei possessionem *Ciernaka*
contulerit, et Diplomate FERD. I.
REGIS, an. 1560. confirmandam cu-
rauerit. Liberalitas Patroni huius,
in Ecclesiam et Scholam *Patakien-*
sem; expensae, quas fecit in Con-
uentus et ablegationes ad *Acade-*
mias, dum motus, in Patriae Coetu,
de doctrina Sacramentorum obser-
uasset, et alia singularia, ex amore
doctrinae, *Augustana* Confessione
com-



comprehensae, Ecclesiae praestita beneficia, ex citatis duobus illis testibus, accuratius patebunt.


Mgf. Dn. *Nicolaus Bathori* de Ecsed ab an. 1568-1585. et Dn. *Stephanus Bathori* de Ecsed ab an. 1587-1605. Vide de his Car. *Wagner Geneal. Famil. Dec. I. Istvanf. Lib. 34.* et Cl. *Bód* in variis opusculis passim.

5. BANVS CROATIAE.

Mgf. *Christophorus Vngnad, L. B. de Sonnek*, ab an. 1578-1584. Quo fuit Heros hic in religionem renouatam animo, ex *Petri Bornemissae Postillis an. 1584. in fol. editis*, et §. VII. citandis auctoribus, vberius cognoscet, cui volupe est.

6. VAJVODAE TRANSILVAN.

Et quidem per Ferd. I. Regem renunciati: M. *Petrus Perény*, cuius laudes habet *Fabritius L. C. et Istvanf.*



vanf. Lib. XV. ob inuectum in Pannoniam Lutheranum dogma, carceri inclusum fuisse, ut isthic diuinitus pleteretur, testis est. Vid. Szentivany L. C. p. 227.

Mgf. Stephanus Dobo de Ruzka an. 1553. vide Bornemissa L. C. et Sambucci Narrat. de rebus gestis ad Agriam an. 1552.

7. MAGISTRI REG. TAVERN.

Mgf. Dn. Thomas de Nadafd an. 1540.

Mgf. Dn. Gabriel Perény ab an. 1554-1567.

Mgf. Dn. Nicolaus Zrini an. 1557. Vid. Petri Albani Expugnationem Szigethi edit. Witteb. an. 1587. in IV. procurante D. C. Emerico Forgacs, huius Herois genero, et Andr. Pragai Thema seculare an. 1617. editum.



8. MAG. REG. JANITORVM.

Mgf. Dn. *Ioannes Balassa* de Gyarmath, cuius fauorem in *Euan-gelium* describit *Ioan. Simler* in *Cosmographiae* dedicatione edit. an. 1575.

M. D. *Ladislaus Banfy* de Alfo Lindua ab an. 1556-1574. Videatur *Timon L. C.* ad an. 1559. et *Petr. Bornemissa L. C.*

M. D. *Michael de Reua* an. 1579. et Frater.

M. D. *Franciscus de Reua* an. 1585. de quibus *Orat. Funeb. dicta* M. D. *Petro de Reua* edit. an. 1623. et *Stöckelius L. C.*

9. MAG. R. AGAZONVM.

M. Dn. *Ladislaus Banfy* de Alfo-Lindua ab an. 1574-1586. Ad-das supra adductis, *Cel. Wagner* *Gen. Fam.* p. 15.

M. Dn. *Franciscus de Nadasd*, an. 1587. Comitatum Castriferrei et Soproniensis Supr. Comes. Summa huius

huius beneuolentia in Lutheranos, scripta est in Protocollo Eccll. Tr. Danub. et in *Hist. Colloquii Csepregiensis edit. Bartphae an. 1591.*

M. Dn. *Franciscus Battyan*, initio prioris Seculi dignitate, et amore Reformatae religionis notus. Vid. in *Cel. Wesprémy Biogr. medic. Cant. l. p. 15.* adductos.

10. MAG. R. PINCERNARVM.

Mgf. Dn. *Nicol. Banfy* de Alsó Lindua, cui *Geor. Kultsar* dedicauit *Postilla Hung. an. 1574. edita Alsó Linduae.*

Mgf. Dn. *Simon Forgacs* de Ghy-mes an. 1598. mortuus. Legas *Ioh. Bocatii Libros Hungaridos p. 456.*

Mgf. Dn. *Franciscus Dersfy* de Szerdahely. Vid. *Bocatum L. C. p. 124. et Sewer. Sculteti L. C. integra praefatione.*

II. MG. R. DAPIFERORVM.

Mgf. Dn. *Stephanus Banfy*, de
Alfo Lindva, ab an. 1554-1568. vt
habent auctores praefati.

Mgf. Dn. *Balthasar Battyan* an.
1578. Vid. Cel. *Car. Wagner Gen.
Famil.* p. 123. et plures, quos alle-
gat Cel. *Veszprémi.* L. C.

Mgf. Dn. *Georg. Thurzo*, an.
1602. cf. *Orat. Funeb. supra citat.*

12. MG. R. CVBICVLARIORVM.

Mgf. Dn. *Emericus Czobor* de
Czobor Sz. Mihaly an. 1568. postea
L. Palat. de quo paulo ante dictum.


13. MG. R. CVRIAE.

Mgf. Dn. *Franciscus Thurzo*, ab
an. 1569-1576. Occurrent singularia
huius §. VIII.

Mgf. Dn. *Stephanus Illyeshazy*,
iam an. 1585. Magister Curiae R.
Hung. Ita habet inscriptio Templi

D

Ro-



Rosembergenfis: Tempore Rudolphi
II. R. Imp. M. Dn. Stephanus de
Illeshaza, C. C. Liptouiensis, et M.
Curiae R. H. et M. Dn. Catharina
Palfy Consors sua, reaedificari hoc
templum curarunt A. D. 1585. Alii
sequuntur.

§. VI.

In promouendis Euangelicis, ad
Dignitates in Regno Minores, tanto
promptiores fuisse Augustos, etiamsi
exempla non adessent, quis tardus,
ex iam praemissis, assequi nequit?
Sed dabo potius exempla quaedam.
Splendidum munus, Regni Hunga-
riae Cancellarii, quod antea, verbis
vtar Mf. Istvanfy Lib. XIII. legibus,
vel magis Veteri consuetudine, non
nisi sacris viris, concedi solitum erat,
an. 1539. Mf. Dn. Petro Perény con-
creditum fuit. Camerae Regiae Po-
soniensis Praefecturam sustinuit M.
D. Franciscus Thurzo, cum multis
Consiliariis, quos vel ex Cel. Belli
opere,

opere, facile est excerpere; Scepu-
 siensis, *Alexius II. Thurzo*, ad an.
 1594. Consiliarios Regum, Asses-
 sores Iudiciorum, Praefectos belli et
 praesidiorum, secretarios Cancellariae
 Vngaricae, aliisque splendentes ho-
 noribus, ob multitudinem, neque in-
 choare audeo recensendos. *Belius*,
Istvanfius, *Ember*, *Timon*, alii Pa-
 triarum rerum scriptores, frequenter
 laudes eorum adducunt. Ego vero
 solum Supremos Comites Comitatum
 quorundam, sexti et decimi seculi,
 benignissimam voluntatem Regum er-
 ga illos, memoriae traditurus, porro
 subnectam: Fuerant autem S. Comi-
 tes Evangelici

ABAVJARIENSES: *Petrus*
Perény ab an. 1526-1542. et *Gabr.*
Perény ab an. 1549-1567.

ARVENSES: *Mgf. Thurzones*
C. C. Supremi et Perpetui.

BARSIENSES: *Stephanus Dobo*
de Ruzka ab an. 1560-1565. *Fran-*
iscus Dobo de Ruzka an. 1602.



BEREGHIENSIS: *Casparus Magocsi*, Supr. Capitaneus Agriensis, Comitatum Heues, Torna et Beregh, Supremus Comes an. 1563-1579. Speciatim C. Beregh renunciatus est an. 1574. Vid. Decr. Reg. an. 1574. Art. 33.

BORSODIENSIS: *Sigismundus Balassa* de Gyarmath, an. 1540.

CASTRIFERREI: *Franciscus de Battyán*, et *Franciscus de Nadafd*; hic ab an. 1588-1603.

HEVESIENSIS: *Casparus Magocsi* ab an. 1563-1579.

HONTENSES: *Melchior Balassa* de Gyarmath ab an. 1533. ad an. 1543. tandem Comes Barliensis.

Franciscus Nyari de Bedeg, an. 1543.

Ioannes Balassa de Gyarmath an. 1562. et *Nicol. Dersfy* ab an. 1583.

KRASNENSIS: *Caspar Dragfy* de Belthewk, an. 1527-1545.

LIPTOVIENSES: *Ioannes Krusfith* de Lupoglaua an. 1574-1780. tandem Comites *Illyeshazi* Perpetui.

NEO-

NEOGRADIENSES : *Melchior Balassa* de Gyarmath; *Andreas Balassa* an. 1575. et *Sigism. Forgacs* de Ghymes an. 1604.

POSONIENSES : Comes *Ecchius a Salmis* et *Neuburg* an. 1552. ad 1574. et *C. Nicolaus a Salmis* et *Neuburg*, ab an. 1575. ad 1580.

SAROSIENSES : *Ioannes Rueber* L. B. a *Pyxendorf* et *Grawenwerth*, in Partibus Superioris Hungariae Capitaneus, an. 1573-1584. et *Franciscus Dersfy* de *Zerdahely*, L. B. in *Landsee*, an. 1599.

SCEPVSIENSES Comites de *Illustri Gente Thurzonum*.

SIMEG) *Nicol. de Bathor* an.


1568 - 1585.

SZABOLTS) *Stephanus de Bathor*

SZATHMAR) an. 1587 - 1605.

SOPRONIENSES : *Francisc. de Nadaisd* an. 1588 - 1603. et *Francisc. de Battyan* an. 1604.

SZALADIENSES : *Steph. Banfy* de *Alfo Lindua* an. 1567.



SZOLNOK MEDIOCRIS: *Casparus Dragsy* de Belthewk, an. 1527-1545.

TEMESIENSIS: *Petrus de Perén* an. 1526-1542.

THVROCIENSES: *Magnifici de Gente Reua*, C. C. Perpetui.

TORNENSIS: *Casp. Magocsi*, simul *Heuesiensis* an. 1563-1579.

TRENCHINIENSES: *Emericus Forgacs* an. 1582. et *Steph. Illyeshazy*, simul *C. Liptouiensis* an. 1585. 1609.

VNGHENSES et) *Steph. Drugeth*
) de Homonna an.
) 1571-1597.

ZEMPLINIENSES) *Ladisl. Drugeth*
) de Hom. an. 1599.


ZOLIENSES: *Ioannes Balassa* de Gyarmath, simul *Supr. Comes Hontensis* an. 1562. etc.

Ad minores promotos honores, vel per *Ferd. I. Regem*, multos legas etiam apud *Timonem L. C.* ad an. 1564. Rarum id praesertim est, gratiae Regiae in *Euangelicos Do-*

cumentum, quod Magff. *Emerico Forgacs, Michaeli Czobor, Sigefr. Kolonits, Francisco Szunyogh*, - - Seculo hoc contigit, dum eisdem Equites, Auratos, Reges creauerint. De vltimis hic dictis, legi potest *Orat. Funeb. C. Geor. Thurzo; Pauli Kyrmiceri Confessio fidei de aeterna Deitate Christi in dedicatione, edita Galgocini an. 1585. typis Valent. Mantskouits.*


§. VII.

Est tandem, non exiguum, benignissimae Voluntatis regiae, monumentum, quod exteros Euangelicos, ante firmatum regni lege, exercitium religionis publicum, indigenatu regni donauerint. Non admittit breuitatis studium, vt specificem quosdam, ante Comitiam an. 1550., quibus art. 77. de modo assumendi exteros in numerum Nobilium, statutum est, nobilitate et bonis cumulabant reges; postea, et quidem in



Diaetis, iure tali donatos, Euangelicos fuisse, indicare paucis, iuuabit. An. 1563. ius indigenatus acceperant *Comites a Salm et Neuburg, Eccius, Iulius et Nicolaus. Iulius*, per Mag. Elisabetham Thurzo, Dominus in Sempta et Galgocz, habuit circa an. 1570. Concionatorem Euangelicum *Petrum Absthemium*, qui dedicauit eidem sermones sacros editos typis an. 1573. Scholae autem praefecerat, vt pote Semptauienti, *Demetrium Syboithi*, an. 1576. Tyrnauiam pro Ecclesiae Pastore euocatum et Wittebergae die 11. Iulii, Ministerio initiatum. *Nicolaus* autem, qui Praefectus munimenti Canischa fuit, in Visitatione Ecclesiarum Euangel. in Austria, qua Lutheranus nomen suum adponit, vt patet, ex *Austriae Evangelicae, Bernhardi Raupach* Part. II. pag. 301. Illustrissimos *Vngnadios L. L. B. B. a Sonnegh*, tandem Ecclesiae Vjhely ad Kifizucam magnos fautores, eiusdem religionis affectas fuisse, docet *Matthaeus Dresserus in*
Chro-

Chronica gentis Vngnadiae, Truberus in operibus suis et Allgemcin Histor. Lex. Fortsetzung Voce Vngnad. An. 1572. priuilegio tali auctus, Mgf. Ioannes Rueber de Pixendorf, quem ex Raupachii Austr. Euangelica, ex Iac. Heerbrandi Tract. de Missa eidem dedicato, edit. Tubing. 1581. et mox §. seq. addendis, cognoscas. Liberi Barones Althan a Goldberg, vt pote Christophorus, Eustachius, Wolfgangus, Wilhelmus, an. 1578. Nobilibus Regni adscripti, inter Status Euangelicos Austriae occurrunt apud Raupachium. L. C. p. 167. 240. Idem pag. 300. Magf. Sigismundum a Landau, cum Georgio et Erasmo filiis, an. 1603. inter Nobiles Hung. repositum, ibidem exhibet. An. 1598 et 1604. Sigefridus, Carolus et Ernestus a Kolonits, in Hungaria bonis etiam donati, multis in Ecclesiam Euangelicam meritis inclaruerant. Magf. Seyfrid Kollonich, Caesaris militiae Dux, iam an. 1582. sub arce Pofoniensi, in domo Kamperiana,



cultum Diuinum, per Ministerium *Andreae Reisz*, quem ab Ecclesia *Ratisdorsensi* euocauerat, magna liberalitate, aliis quoque inferuendo, alebat, quoad an. 1606. *Posonienses* talem in domo *Armbrusteriana* inchoauissent; vid. *Nic. Göntzi in Commemoratione de Coena Domini, dedicata Magf. Seyfrido Kollonich, edit. Rarbock, an. 1612. It. Consil. Witteb. Theol. T. I. p. 248. seq. It. Protocol. Superint. Isaac, Abrahamides*; fusius de huius religione exponunt. Patitur Lector, inferam illud Gratiae Regiae monumentum, quod illustrandarum litterarum causa, *Imp. RVDOLPHVS II.*, in Rectore Scholae Evangelicae *Eperiensis*, posteritati admirandum reliquit. Ex commendatione *Magf. Christ. a Teufenbach* et *Simeonis Forgacs*, *Laurea Poetarum et Nobilitate M. Ioannem Bocatium Lusatam*, an. 1597. donauit gratiosissime; quam ille gratiam versibus cantabat, inter reliquos:



*Aurea cum Ducibus des, laurea ferta
Poetis:*

*Quas bene diuitias, maxime Caesar,
habes.*

*Aurea das Ducibus, mihi laurea ser-
ta Rudolphe,*


*Sic aurum et laurum, det Tibi San-
cta Trias!*

*Aurea, sic redeant, Te Caesare, secula,
sic Te*

*Aurea, sed sero, ponat in astra
Deus.*


§. VIII.

Vt in Prouinciis Germaniae, ita in Hungaria, Episcopi et Praelati, religionis ardore inducti, relictis amplissimis sacris honoribus, Confessionem Augustanam, palam amplectebantur. Reges indulgentissimi, tales poenis Corporis, ad sacra reducendos, nunquam demandabant; immo alios dignitatibus, subsidiis gratiae alios, alios tranquillitate mansionis in patria, affatim donabant. *Magf. Fran-*




Franciscus Thurzo, ab an. 1534. Episcopus Nitriensis, et Camerae Poioniensis Praefectus, teste Timone in Chron. ad an. 1556. abiecta veste Ecclesiastica, Barbaram, Nicolai Kosztka filiam, uxorem duxit, simulque dotis nomine, arcem Lethaviensem accepit. Monumentum sepulcrale priori Conforti, sequens posuit: Magf. Franciscus Thurzo de Bethlemsalua, C. Aruensis et Dnus in Letaua, monumentum hoc, amoris memoriaeque ergo uxori suae fidelissimae dilectissimaeque Barbarae Kosztka de Sedlecz piisque eius Parentibus Nicolao Kosztka et Annae Ruffow, qui in Domino, sub hoc Tumulo una quiescunt, moerens dolensque statuit, An. M. D. LXI. Alteram duxerat Catharinam de Zrini, Herois Nicolai filiam, ex qua suscepit, illum magnificum, C. Georgium, Palatinum Regni. Ecclesia in Letaua, multaeque Aruenses, per Comitem Franciscum, florentem indeptae sunt faciem; priori eruditum Pastorem Demian Perlagi, antea Scholae

lae *Teuto-Lipschensis* Rectorem, prae-
fecerat paullo ante mortem. Rex
MAXIMILIANVS, eidem non solum
Supremi Comitum Aruensis et Praefe-
cti annonae, vt ad an. 1560. adfert
Timon, confirmabat dignitatem; sed
an. 1569. Magistri etiam Curiae ho-
nores tribuebat, quos ad an. 1576,
quo obiit, gessit multorum cum lau-
de. *Sommersberg, Szörényi, Wa-
gner*, alique de hoc *W. K. M. A.* Succe-
dat huic *Andreas Dudith ab Horeh-
howicza*, Dnus in *Smigla*, *triun. b.* Im-
peratorum *Confiliarius*, *Episcopus*
quinque Ecclesiis, *curus vitam* *Peu-
terus, Stief, Czvittinger, Samuelfy,*
R. Horany, accurate exhibent. Mea
intérest, attingam ex illis breuissime,
eidem Reges indulgentissimos, fauo-
rem gratiosum, neque tum substraxif-
se, dum cum Lutheranis, externa
societate sacrorum coniunctus, in qua
etiam mortuus est, fuisset. MAXI-
MILIANVS II. perlecta excusatione
facti eius, et *demonstratione de matri-
monio, omnium hominum ordini per-
mijso*



missa lege diuina, an. 1567. die 16. Aug. non tantum submisit eidem in Poloniam testimonium, amplissimas laudes eius exponendo, sed etiam Oratoris apud Regem Poloniae perpetui, Consiliarii sui Intimi, munus confirmabat, stipendiisque necessitates vitae subleuabat, quoad vixisset: D. RVDOLPHVS autem, postquam Dudithius in Morauia, Pascouianam dynastiam emisset, Baronis illius Prouinciae titulo et iure, ornandum admisit, quae singula cum documentis continent supra nominati auctores. De *Martino Kecheti de Kyres*, Episcopo *Vesprimiensi*, Lutherano, cuius tandem Viduam, filiam M. Antonii *Drugeth*, *Franciscus Kendius* habuit in matrimonio, vt ad an. 1558. Timon habet L. C., pluribus dicere non licet. Ex Praepositis in Hungaria accedebant sacris Euangelicorum, *Ioannes Horuath*, *Emericus Bebek*, *Franciscus Bachy*, *Georgius Abbas de Iudan*; tacebo ex Seculo Sexto decimo alios. *Bebekium Albensem* prae-
 pq-

positum et *Bachy Scepufiensem*, circa an. 1535. Doctrinae Evangelicae Patronos fuisse, ex *Matr. 24. Regalium in Scepuf. apud Cel. Wagner in Analect. P. II. et ex eiusdem Coll. Geneal. Famil. Dec. I. p. 50.* cognoscas. Vtrumque describit etiam *Matthias Deuay Lib. de Statu, in quo sunt beatorum animae post hanc Vitam.* In Dedicacione scripta an. 1535. Saaruarini, quam ita claudit, alloquitur *Bebekium: Vale in Christo unacum Tua Consorte, pro qua Verbo Dei eruditus, omnem paternam haereditatem maluisti amittere, quam more quorundam per vagos concubitus, et modestissime loquar, volutari. Ioan. Horuath de Lomnitza Praepositus Scepufiensis, iuratus antea Evangelicorum hostis, de religione eorum melius instructus, an. 1544. resignata REGI FERD. I. Praepositura, delectaque ex insignibus suis mitra Episcopali, duxit vxorem Agnetam Jost Leutschouiensis, hac mortua, Annam Vice Comitissae Franc. Polyankai filiam,*



liam, cuius, et haeredum, MAXIMILIANVM Imp. et *Stanisl. Thurzo*, Tutores testamento reliquit, quod praesentibus Plebanis Lomniceni et in Hunis (Lutheranis quidem, vt ex 24. regal. Matric. MSpta patescit) signatum est an. 1564. et existat in Cel. *Wagner Analect.* Parte III. p. 82. Singularia multa de Dno Horuath, ex praecitata matricula MSpta, addere deberem, sed non vacat in praesens. *Abbatem de Ludan Georgium*, amotum dignitate, propter ductam vxorem, magisque receptam doctrinam Lutheranam, etiam Péterfy, vt alios taceam, recognoscit in Conciliis SS. Part. II. ad an. 1557. Hic, et Plebani *Ioannes Trnka* in Kochanotz, *Ioannes Polak* in Bolefowo, *Nicol. Palikius* in Belussa, *Casp. Kolarik* in Zasko, *Laurent. Serpilius* Belae in Scepus. aliique complures, associati Augustanae Confessionis Ministris, pacifice officii defungentes, nunquam ob religionem, durioribus corporis poenis; vexabantur,


tur, quas nisi Regum indulgentia ca-
uisset, vix euitare licuisset. Conf.
Timon L. C. p. 177.

§. IX.

Reges Optimi, Hungariae bellis
adflictissimae, mature pacem reddere
volebant; quare inducebant ex Ger-
mania Viros, belli peritia celebres,
quibus, quam attulerant secum, di-
uini cultus normam, sequendam ad-
mittebant. *Timon in Epit. Chr. ad*
an. 1552. Contra Cauillationes Spoa-
dani, Regum factum, necessitate ex-
cusare tentat; verum immodice de-
ditus suis principiis, perdit operam,
dum impunitatem, Christianis dissi-
dentibus in religione, permittere,
Regibus in vitio a sapientibus nun-
quam ponatur. Dubio vacat, Augu-
stos nostros, id certa fecisse conscien-
tia; et Proceres an. 1548. et 1563.
in Comitibus, eandem libertatem, de-
negandam haereticis solum, iudica-
bant: certe fiebat, vt non solum pri-


E

ua-




uatum exercitium, sed publicum in Regiis arcibus, praesidiis, castrisque militia talis habuerit. *Sebastianus Schertelius*, aureo torque ab Augusto ornatus, an. 1532. Friderici Palatini, Imperii copiarum ducis, in Hungaria Locumtenens; aliique duces et officiales belli, praesentes Regi FERDINANDO I. contra Turcam, libertate plena Euangelium praedicandum, suis Pastoribus demandabant. Idem factum est, militante in Hung. *Mauritio Duce Saxoniae et Ioach. March. Brandenburgiae*, an. 1542. vt ex *Mulleri Annal. Saxoniae et Vit. Seckendorf. Lutheranismi Hist.* patet. Meritis in Hungariam celebris *Lazarus Schwendius*, prius an. 1554. copiarum Mariae Reginae, quas in subsidium miserat; tandem an. 1565. summus belli imperator, passim per Hungariam Euangelicos praecones, felix bello, inducebat, in praesidiis et castris alebat; quam curam singularem, recognoscenti ac describenti, facile integer liber nasceretur. *Istvan-fius,*

fus, multique domestici scriptores, duro sermone eam persequuntur. Pari adfectu in religionis incrementum fuit, Magn. *Ioh. Rueber*, *Iaurinensis* praefectus, qui ab an. 1542. saepe vim hostis Hungariae infringebat, id-
eoque ab Imperatoribus Augustis, Equitis Aurati, Comitatus Sáarosien-
sis Supremi Comitis, Generalis Capi-
tanei Sup. Hung. aliisque dignitati-
bus, Hungaris in deliciis existens, auctus est: apud *Iaurinenses* praesidii
Concionatorem induxit *Ioach. Mag-
deburgicum*; in Superiori vero Hun-
garia, M. *Ioh. Leuthameri* Könn-
bergensis, pastoris Castrensis opera,
quanta diligentia, ex Mandato Re-
gis sui, an. 1568. *Cassouiae* in Syno-
do, negotium Religionis agebat, cir-
cumspicere, non est huius instituti.
Reponebat partium Super. Hung.
omnes Ecclesias in debitum ordinem,
quod vel ex Matr. 24. Regalium pa-
tet eulentissime. Arcis *Murany*,
etiam illa fuit felicitas, vt in eadem
a medio seculo sexto decimo, mili-




tiae Caesareae Concionatores inter-
 tenerentur. Ab anno 1564. *Cyprianus Friedt* eiusdem doctor Euangelii
 fuit, qui an. 1580. Synodi actis,
 sic subscripsit: *S. C. R. Maiest. mili-*
tiae in arce Murany Concinator et
Tractus Vallis Muranensis pastorum
electus Superintendens. Eadem acta
 roboravit *S. C. R. Capitaneus Dn.*
Melchior Mastrick a Niederleisz; post
 eum *L. B. Herberstein,* et Pastor *Ri-*
manouianus etc. vt supersunt haec
 in Protocollis Frater. Gömöriensis.
 Ad finem decurrente Seculo *L. B.*
Christ. Teuseubach, Dn. *Godfr. Ribisch,*
 Dn. *Sigism. Trautmansdorff,* *Seysr.*
Kollonich, et sine numero extranei
 Euangelici, quantam operam, admit-
 tentibus Regibus, praestiterint Ec-
 clesiae, *Boeatius L. C., Simonius in*
vita Teusenbachii, et *Briccius Koka-*
wianus in Diario, referunt. Adeas
Flor. Raemundi Lib. de Orig. Haeres.
Lib. IV. Cap. VI.




§. X.

Laudanda in primis est paterna in subditos, Euangelicos etiam, Regis FERDINANDI I. sollicitudo, qua inductus, Austriacis an. 1556. indulserat usum Calicis; Hungarorum animos ad exitum Concilii Tridentini imminentis, sitiant, disponebat. Mandabant exmissis ad Concilium, Rex Georgio Draskouith; Ven. Clerus Hungariae, Ioanni Kolosuario et Andreae Dudith, Rdf. Episcopis, Calicis usum et Matrimonii Sacerdotum permissionem, diligenter procurent, quod ex III. Oratione ibi dicta per Dudithium, patet: *Ne nos, inquit, quidem ita male instructi sumus, ut quod affirmamus, firmissimo eorum, qui nos miserunt testimonio comprobare nequeamus. Et causam quidem Calicis Dudithius, ita acriter peroravit, ut plerisque Patribus, nulla fuerit relicta dubitatio, secundum postulata eiusdem, decernendum esse; praesertim, dum clare dixisset, Con-*



cilium, non obstante institutione Christi, calicem ademisse Laicis, Concilium reddere posse. Conf. *Orationes eius editas per Lorand. Samuely Hallae an. 1743. in IV.* Relegata est decisio ad R. Pontificem; quare Rex petita, apud eum repetiit, et anno 1564. eadem, pro partibus ultra montanis obtinuit. Defuncto patre optimo, filius **MAXIMILIANVS II.** de hac permissione, in hac forma per Regnum, specialiter ad Tyrnauienteses, publicabat voluntatem suam: *Maximilianus II. D. G. E. R. I. S. A. G. H. B. Rex, etc. fidelibus nostris prudentibus ac circumspectis, Iudici et Iuratis Ciuibus, Capitaneo et ceteris Ciuibus, et Incolis Ciuitatis nostrae Tyrnauiensis praesentes visuris, salutem et gratiam: Sacra quondam Caesarea Maiest. Genitor noster Clementissimus piae memoriae, pro sua in Religionem Catholicam et fideles suos subditos pietate, vna nobiscum et aliis quibusdam Reuerendissimis, ac Illustr. Ppibus Germaniae, apud S.*
 Con-


Concilium Tridentinum proxime celebratum, etiam apud summum Pontificem per Oratores diligenter laboravit, de concedenda fidelibus suis subditis Communionem SS. Eucharistiae sub utraque specie, quod etiam ab ipso S. Concilio sedequē S. Apostolica obtinuit; super qua annuentia Summus Pontifex mandatum dedit; nosque serio commisimus, Rdss. D. in Christo Patri, Nicolao Olacho, A. Eppo Strigon. ut hanc SS. Dni nostri ac Ecclesiae Romanae annuentiam, in sua iurisdictione ac Dioecesi publicari ac divulgari curet. Quam ob rem Fidelitati Vestrae et Vestrum singulis harum serie firmiter, et sub graui indignationis nostrae poena, committimus et mandamus, quatenus dum et quando-cunque idem D. Archi-Eppus Strigon. eandem sacram Eucharistiae communionem, sub utraque specie sumendam promulgabit, eidem publicationi in omnibus parere ac obtemperare, modisque et conditionibus, quibus haec Concessio per S. Pontificem facta est,



et quibus ipse Dnus Strig. Praelatus
 et Metropolitanus vester, secundum di-
 ctæ Maiestatis paternæ et nostram
 seriam commissionem publicauerit, vt
 debeatis et teneamini, nullamque diffi-
 cultatem in eo facere præsumatis, se-
 cus poenam incursum. Dabamus Vien-
 næ Austriae d. 2. Sept. an. 1564.
 Simile huic, Intimatum Regis, mis-
 sum ad Posonienses superest, et ha-
 bet in coæuo MSpto additas condi-
 tiones ibidem publicatas, quas, vt
 ex beneuolentia viri eruditissimi at-
 que celeberrimi Dn. Danielis Corni-
 des, accepi, ita publico exhibeo:

CONDITIONES COMMVNIONI SVB VTRA-
 QVE SPECIE ANNEXAE, 16. OCTOB.
 ANNO 1564.


Erstlichen: Dafs wir unsere wahren
 heil. Christl. Glauben, und Religion
 ganz und unversehrt erhalten, und
 fürnemlich von der Wahrheit dieses
 heil. hochwürdigigen Sakraments, dafs
 da unter der Gestalt des Brods und
 Weins,



Weins, der wahre Leib und Blut Christi, unter jeder Gestalt, insonderheit der ganze Christus, und unter beyden Gestalten nicht mehr, und unter einer nicht weniger sey, ganz nicht zweifeln.

Zum Anderten: Dafs wir uns nun zu würdiger Empfahung dieses hochwürdigen Sakraments mit vorhergehenden bußfertigen Leben, Erkenntniß und Bekenntniß der Sunden, auch Empfahung der heil. Absolution bereiten, und schicken, damit wir der Gnadenfrucht und Nutzbarkeit dieses heiligsten und hochwürdigsten Sakraments fähig und theilhaftig werden mögen.

Zum Dritten: Dafs wir uns dieß hochw. Sakraments anders nicht, den in Christl. Lieb und Einigkeit gebrauchen. Die so es bisher unter einer Gestalt gebraucht, nicht ob solcher Zuegung sich ärgern, oder die andern verdammen; herentgegen die, so es in beyder Gestalt gebrauchen, die in einer Gestalt nicht zu urtheilen, sondern sich in Fried, Lieb, und Christlicher Ei-



nigkeit der Christlichen Freyheit gebrauchen; darnach einen jeden sein Andacht und Gewissen zu diesem hochw. Sakrament vermahnen wird; wie es dann von Alters her also frey gelassen worden, und uns dieses Sakrament mehr zur Lieb und Einigkeit (darum es den von Christo eingesetzt) brauchen und nuzmachen.


Zum Vierten: Dafs sich die, so dieses hochw. Sakraments unter beyder Gestalt brauchen wollen, sich zeitlichen bey der Priester angeben, damit sich die Priester mit der Consecration darnach zu richten wissen.

Zum Fünften: Dafs diejenigen, so dieses hochw. Sakraments zu ihrer letzten Zeit, unter beyder Gestalt wollen geniessen, zeitlich sich dazu bereiten, und nicht auf die letzte Noth warten, dann es unter der Gestalt des Weins schwerlich ist aufzuheben, auch über die Gassen zu tragen müßlich, und gefährlich.

Letzlich: Ob vielleicht nicht einem jeden bey der Thumkirchen zu
kom-


kommuniciren anmuthig, sondern etwann in einer andern Kirchen sein Andacht zu verrichten gesinnet, sollen dieselben auf ihr Begehren versehen werden.

Paullo ante horum publicationem, dedit Rex Epistolam ad R. Pontificem, quam Lünigius, inter Procerum Europae litteras exhibet; in eadem petiit: *Sicuti Sanctitas Vestra dignata est, Laicis Concessione Sacri Calicis subuenire, si Clero concessione coniugii subueniatur, sperandum est, omnia futura tranquilliora--* Petitionem suppressit silentium; sicque praepediti multi Regum conatus optimi, et aduersarii Dominationis Romanae, pertinaciores facti, errores suos probari iam clamitabant, vt queritur in SS. Conciliis P. Péterffy. Euangelicis sufficebat, eadem studia Regum, id etiam effecisse, vt in sentimentis, in quibus de consensu laborabatur, non fuerint iudicati hostes veritatis diuinae; quare inter monumenta benignissimae Voluntatis Re-



Regum fuorum, illa reponunt; immo iam perspiciunt, vnde eueniebat id, quod ab an. 1563. iterum refumtus fit, (a temporibus primis ad Sec. XIV. in Ecclesia Hungarica toleratus, vt habet Cel. Wefzpremi in Biogr. med. Cent. II. P. II. p. 429.) vsus coniugii Sacerdotum Romano-Catholicorum, quem, vsque ad an. 1629., passim continuatum fuisse, non diffitetur Cardinalis P. *Pazmany* in actis Synodi Tyrnauiensis an. 1628. celebratae, ubi Cap. III. haec legas: *Eo vsque progressa est impudicitia, vt scelesti quidam Sacerdotes, sese concubinis in facie Ecclesiae, per sibi similes concubinarios Sacerdotes copulare (quasi matrimonium inter eos esse possit) non vereantur. Et licet huc vsque ob summam Sacerdotum penuriam, tolerati fuerint Sacrilegi, ne vel paruuli sine baptismo, vel morituri sine poenitentia decederent; neue populus qualicunque Pastore destitutus, a circumlatrantibus inuaderetur. - Haec Sacerdotum Matrimonia, pro legitimis*

mis et consuetudine illius temporis adprobatis, agnita fuisse, cognoui etiam ex testimonio Ciuitatis Soproniensis, quod *Stephano Akatsch*, filio, Parochi illius Ciuitatis, *Nic. Akatsch* et *Euae Mitschko*, exhibitum est, an. 1596. die 8. Jan., quo natiuitatis eius honestas, et parentum suorum integritas, docetur clarissime. Concludam verbis Regis **MAXIMILIANI II.** qui litteris ad *Paulum Scalichium de Lika*, Theol. Doctorem, et **FERDINANDI** Imp. Capellanum, ita scripsit: *Sollicitas insuper animi nostri sententiam in ducenda uxore, tuum erit deliberare, quid in ea re tibi statuendum sit. Paulus docet: Qui coelebs est, curat ea, quae sunt Domini, vxoratus vero sollicitus est, de his, quae sunt mundi. Verum tamen hic laqueum conscientiae non iniicit, quin immo vitandarum vagarum libidinum causa, matrimonium permittit, dicens: satius est nubere, quam vri. Quare, si absque coniugio caste vivere non potes, remedium tibi*
di-



*diuinitus propositum, non interdici-
mus, et sic tibi liberum erit, uxorem
ducere, nec ne? - Datum Viennae d.
30. mens. Iulii A. D. 1558.*

§. XI.


Crescens Euangelicorum coetus,
externum quoque cultum Diuinum
exercere occipiebat; vnde mox in-
credibilis numerus templorum, Sacris
eorum inferuentium, cernebatur. Ea-
dem non dolo, non armis, non insul-
tibus nocturnis, occupabantur; sed,
vel vetera, suo aut suorum maiorum
sumtu, aedificata, dum omnes in eo-
dem loco renouatam religionem am-
plecterentur et sequerentur, retine-
bant; vel deserta penitus, consen-
tientibus Patronis ingrediebantur,
vel vero, si plura aderant, et non
omnes in eandem formam religionis
consentiebant, per Amicam trans-
actionem, partitione facta, vsibus
Conciuium cedebant: quae viae,
templorum adeundi possessionem, per
omnia

omnia iura legitimae, neque per Reges vel leges Regni, vnquam sexto decimo Seculo, in Hungaria inhibitaе fuerant. Certissimum est, obseruantibus etiam Cell. *Szent-Ivany et Wagnero* LL. CC. in multis partibus Hungariae, Plebanos, cum suis Ecclesiis ad partes Euangelicorum, transiisse; alios, immo integra Claustra, metu irruentis Turcae, templis ac Regno excessisse, atque in locum demortuorum substituendos, fere nullos fuisse; quare opem laturi, ignauiae a clade *Mohacsiana*, residuorum Episcoporum, ut ait *Szent-Ivany*, prouidebant Magnates, Nobiies et Ciues, sublegendo Pastores, Euangelium Christi praedicantes, quos in templa et Parochias, cum approbatione tamen Archidiaconorum, vel Magistratus, inducebant, atque ad Politiam Ecclesiasticam, regno tenus publicam, obseruandam, adstringebant. Noua etiam exaedificauisse Euangelicos templa e. g. *Saaros Patakiense* an. 1531. C. *Petrum Perény, Felső*

Felső Szoporiense C. Franciscum Na-
dásdy, Nyauienſe an. 1586. C. Pau-
lum Nádasdy, C. Stephanum Illyes-
hazy Baſingenſem Capellam, et plu-
ra alios, vt ſuſe oſtendam, inſtitutum
praefens non depoſcit. Satis patet
ex Protocollis, iam circa an. 1566.
Regias Ciuitates, exceptis duabus,
omnes templa et publicum exercitium
religionis, cum ſolis et ſcholis habuiſſe;
Comitatus autem ſingulos, qui Regi-
bus, ex Auguſta domo Auſtriaca
ſuberant, alios vix veſtigium quidem
alterius religionis, alios, quantas nu-
merus auditorum depoſcebat, nume-
raſſe ſacras aedes. Trans-Danubium,
ferme trecentas habebant aras: plu-
res Cis-Danubium. Specialiter Co-
mitatus Poſoniens ſis 68; Nitriens ſis 75;
Trenchiniens ſis 58; Aruens ſis 15; Thu-
roczienſis 19; Liptouiens ſis 24; Zolien-
ſis 28; Barſchienſis 42; Hontheſis 52;
Neogradiens ſis 48; Scepuſiens ſis 85;
Saarofiens ſis 69; Abauuariens ſis 37;
Gömöriens ſis 44; etc. Liceat adde-
re vnum exemplum, tranſactionis,
 il-



illius aetatis, quod ita habet: *Mi kik vagyunk Ketskeméti Eskütt Birák, és Polgárok Papista hiten valók Thomas Orban, Végh Pál, Somogyi Demeter, Pátz János, Agoston János, és mind a' Papista Keresztényekkel egyetemben, adgyuk tuttára mindeneknek, a' mi levelünket kik láttyak, és oluafsak: hogy a' minémü dolgunk vólt az Lutter Keresztényekkel az öreg kü Templom felöl edgyárant így egyenesítettünk meg mind az város képében, hogy az öreg kü Templomot nekünk megengették illyen módon, hogy méglen kétfelé lészunk, és valaki eö közülök Törvénnel keresne az Templomot, annak, ezer forint kötelet vettetünk egy más között. Annak felette más szerzésünk ez, hogy az eddig való szóbeszéd a' kétféle népek között, szitok, és egyel egy máshoz való szo, az mind letétett, hogy abbúl senki egy mást ne kereskesse, se törvénnel, se egyébképpen. Ez szerzésnek, és ez dolognak bizonyságára attuk az mi levelünket, kit-is Város petséttyével meg-erosítottunk.*




tünk. Ez levél Ketskemétem költt,
Végh Mihaly Fő Biró, házandál Hus-
 vét nap után való első szerdan, tizen
 egy orakor. Anno Domini 1564. Tem-
 plis fere vbique adnexae fuerunt
 Icholae.

§. XII.


Inter armorum etenim strepitum,
 non exaruit apud Hungaros studium,
 ingenium in ludis litterarum acuendi;
 quod exteri etiam, praesertim *Phil.*
Melanchton, incitabant. Huius ad M.
 Dn. *Thomam Nadafdi*, tales super-
 sunt litterae: „ Illustris Princeps! Et-
 „ si ignotus sum Celsit. Tuae, tamen
 „ petenti Matthiae ad Te litteras,
 „ non inuitus dedi - - . Intellego au-
 „ tem ex Matthia, Te magno sum-
 „ tu scholam constituere, et optima-
 „ rum artium studia excitare, quae
 „ res cum per se magnam laudem
 „ meretur; tamen hoc tempore, cum
 „ belli cladibus litterae variis in lo-
 „ cis delentur, multo ampliori laude
 „ digna

„ digna est. Videris enim prospice-
„ re posteritati, vt cum alibi deletae
„ fuerint bonae artes, tamen semi-
„ naria reliqua sint, conseruata Tua
„ virtute, vnde iterum propagari in
„ Pannonias doctrina vitae vtilis pos-
„ sit. Itaque hac in re, et volunta-
„ tem Tuam cupientem in re prae-
„ cipua bene mereri de patria, et
„ singularem prudentiam iure proba-
„ mus. Ego vero etiam omine de-
„ lector. Cum etiam tali tempore
„ cogites de studiis, ostendis Te non
„ desperare pacem, et meliorem sta-
„ tum Pannoniae. Quis enim, si ar-
„ bitretur perpetuam futuram dila-
„ cerationem Regni, aut venturam
„ patriam in seruitutem, adiicere pos-
„ set animum ad scholas exstruen-
„ das? Proinde hoc Tuum consilium
„ quasi diuinationem quandam futu-
„ rae pacis interpretor. De qua
„ idem vt sentiam non leuibus ar-
„ gumentis moueor, ac saepe Mat-
„ thiae dixi, me bonam spem ha-
„ bere futurum, vt aliquando post



„ iterum fiat tranquilla Pannonia, et
 „ quidem eiectis Turcis. Quare quod
 „ pio et vt reor diuino confilio mo-
 „ liris, vt ruentibus studiis opem fe-
 „ ras, hoc institutum nec abiicias,
 „ nec Te deterreri temporum diffi-
 „ cultatibus finas. Spero etiam TVIS
 „ conatibus Deum affuturum esse,
 „ praesertim si dederis operam, vt
 „ Ecclesiae purius doceantur. Ne-
 „ que etiam dubium est, haec bella
 „ et hanc Turcicam seruitutem poe-
 „ nas esse peccatorum nostrorum et
 „ idololatriae. Cum autem tantope-
 „ re faueas honestis artibus, quaeso
 „ vt me quoque complectaris inter
 „ caeteros studiosos. Olim Graeci
 „ Herculem addiderunt Musis, ea-
 „ rumque ducem vocabant, signifi-
 „ cantes defendi oportere litteras
 „ auctoritate bonorum principum.
 „ Constat autem maiores Vestros
 „ Paeonas ab Hercule ortos esse;
 „ quare gentilitiam et domesticam
 „ virtutem putabis esse, tueri litte-
 „ rarum studia. Et est praeclarum
 „ „ ini-

„ imitari maiores. Sed haec fortas-
„ se prolixius, quam conueniebat.
„ Matthiam Tibi commendo, virum
„ optimum, praeditum egregia do-
„ ctrina, prudentia et pietate. Ioan-
„ nem Syluestrum etiam hominem
„ doctum Cels. Tuae commendo.
„ Deus seruet Cels. Tuam ad salu-
„ tem publicam. Lipsiae Nonis Octo-
„ bris an. 1537. addictissimus Philip.
„ Melanthon. “ *Studium hoc* incita-
bant etiam leges Regni, de scholis
ponendis saepius sancitae, in tantum
quidem vt aemulatione pia, Regum
optimorum desideria, ocyus imple-
rent Euangelici. Inter Regias Ciui-
tates palmam praetulit *Bartpha*, quae
an. 1539. ex Germania reuocatum
Leonhardum Stöckelium, doctrina et
pietate clarum, suo praeficiebat Gy-
mnasio, cui dum vltra viginti annos
praefuisset, Procerum et Nobilium
filios, Regi et Patriae vtilis effecit,
tanta cum adprobatione, vt ipse Ar-
chi-Episcopus *Strigon. Verantius*, co-
gnatum suum ad scholas eius miserit,




quod testatur *Schmitt in Vitis Epp. Agrien. T. II. p. 85. Conf. Orat. de Leonh. Stockelio communi Hungariae Praeceptore, edit. an. 1769. Rintelii.* Aliae quoque Ciuitates et Oppida, idem studium, a Regibus nunquam inhibiti, liberaliter perficiebant. Magnates in fundis suis aedificia ponebant scholastica, docentes eruditos ex Prouinciis Vicinis, sustentabant; in specie *Mgf. B. de Reua* in *Mofchotz*; *Galgocini* et *Bitschae Comitatus Thurzo*; *Uj-Szigetini* et *Csepreghini CC. de Nadaisd*; *Vagh-Bestercini LL. BB. Balassa*; *Kiszucae Mgf. Ungnad*; *Rosembergae* et in *Banocz Dn. C. Illyeshazy.* Praesertim, in exemplum aetati nostrae, notandus est *Dn. Gregor. Horuath Stanfith*, Baro de *Gradecz* (filius magni illius *Herois*, Euangelicam religionem profitentis, *Marci Horuath*, gratia Regis FERDINANDI an. 1559. Baronibus adscripti), qui redux ex *Academius*, in *Neer Scepussii Gymnasium*, occidente seculo decimo sexto, aedifica-

ficauit, docentes et alumnos aluit, immo, quod summum in laude, per duos annos, ore suo docuit. *Vide M. Nicol. Dalhemii Orat. Funeb. eisdem dictam et editam an. 1597. Barthae, item Bocat. L. C. p. 321. De his dabit proxime plura ex instituto, in praestanti et patriae pernecessario Consp. Hist. Litt. Hung. Cl. Paullus Wallaszky.*

§. XIII.

Propagandarum litterarum et religionis causa, typos etiam multiplicabant, et quidem bene consciis Augustis, Euangelici Hungariae Ciues. iam an. 1541. *Uj-Szigetini*, typis vulgatum per *Bened. Abadi*, prodiit Nouum Testamentum, in linguam Hungaricam per *Ioannem Syluestrum* translatum. Vir hic redux *Witteberga*, per *Philip. Melanthonem* Mgf. Dn. *Thomae de Nadajd* an. 1537. commendatus, peregit opus auxilio ac hortatu praefati Comitum Comita-




tus Castriferrei, sine quidem eo, vt ait in praefatione, quo gens nostra amplectatur versionem, quodsi fecerit, nulla de cetero illi seruitus erit metuenda. Fontibus inhaerendo, accuratissime exposuit effata diuina, Filiisque FERDINANDI I. Regis dedicauit, atque multum Euangelicae Ecclesiae profuit. Opinor et plures ante an. 1553. fuisse patriae typographias, in quibus erronei libri, vt queritur Rex in anni illius Diaeta Art. 24., imprimebantur; quae illae sint, determinare nequeo. Varii, paullo post, libere fouebant per Hungariam, typos plures, vtpote: an. 1562. *Debrecini*; an. 1568. *Bartphae et Varadini*; an. 1570. *Komiathini*; an. 1574. *Also-Linduae*; an. 1575. *Semptauiae et Neosolii*; an. 1582. *Vilagos-Varini et Németh-Ujvarini*; an. 1584. *in Detrekö et Galgocz*; an. 1589. *Monyorokerekini*; an. 1590. *Visolini*; an. 1591. seq. *Szecséni, Pappae, Galanthae, Cassouiae, Kereszturini*, ac alibi passim, et quidem non
im-

impedientibus artem, Augustis. Haec illustrabunt alii, pluribus instructi documentis, proxime. Libros typis praefatis editos, plerosque magno sumtu et industria, suae intulit Bibliothecae, in Hungaria celebri, Illustr. Dn. Sen. Gedeon L. B. de Rada, ex quibus, si vel amoenitates praestantiores secernerentur, et publicarentur, non exigua caperet incrementa, sacrarum ac civilium rerum Hungaricarum notitia. Praestet Deus litteris talia decora, augeat eorum felicitatem!


§. XIV.

Auctis Ecclesiis et Ministris, Conventus etiam publici celebrabantur, in quibus de communi Ecclesiarum salute et ordine deliberabant Evangelici: ex vno Comitatu, sine illo concurrentes, sub praesidio e numero sui delecti Vice Archidiaconi seu Senioris, suos conventus, *Congregationes Ecclesiasticas* nominabant;



bant; ex pluribus, *Synodos*: immo per saepe et illas, dicebant *Synodos*, vt exstat in legibus Sup. Tract. *Trenchiniensis*, an. 1600. per *C. Georgium Thurzo*, *N. Dersfy*, *Sigismund. Balassa*, *Mosem Szunyogh*, *Franc. Esterhazy*, *Ieremiam Pongracz*, *Thomam Szirmiensem* et plures, subscriptis. Congregationes quotannis pluribus vicibus; Synodi rarius habebantur. Synodum primam *Erdödini*, concedente locum *Mgf. Dn. Csparo Dragfy*, an. 1545. conuocabant, in qua adprobata *Augustana Confessione*, articulos quosdam constituebant, tandem *Tornae*, *Ouarini*, et alibi frequenter adprobatos, vt refert *Paris Papai in Rud. Red.* et *Hanner in Hist. Eccl. Transil. ad h. an.* Eodem studio conueniebant, an. 1546. *Eperiesinum V. Libb. RR. Ciuitates Super. Hungariae*, vbi confessione *Augustana* acceptata, ritus ad vnitatem disponebant: post hanc, *Synodos harum Ciuitatum*, toties celebratas, quoties *Senioribus* causae con-

conuocandarum aderant, saepius prae-
 sentibus etiam Ducibus exercitus
 Caesaris *Schwendio* atque *Ruebero*,
 collegerunt in vnum corpus *Casp.*
Hein, *Iacobus Zabeler* et alii, quo-
 rum MSpta supersunt. Prostant ex
 his duae typis, in *Hutteri Concordia*,
 vtpote an. 1593. *Eperiesini*, et an.
 1597. *Leutschouiae habitae. Montanae*
quoque Ciuitates, frequenter prae-
 fertim *Cremnitii* de rebus Ecclesia-
 sticis agebant, et ipseiatim an. 1569.
Ceremoniarum in diuino cultu indu-
 ctam conformitatem, iterum adproba-
 bant praesentes *Ministri: Valentin.*
Meltzer, et *Casp. Francz* *Conciona-*
tores Cremnitienses; *Luc. Conoff*, *Past.*
Schemnitiensis; et *Ioan. Seneusis* *ibi-*
dem Conc. Slauicus; *Ioan. Kinczelius*
Past. Neosoliensis; *Andr. Szotzovsky*
Slav. Conc.; *Achatius Wagner* *Past.*
Pukanensis; *Thomas Petroviti* *Kö-*
nigsbergensis, *Erasmus Sebaldu* *Dil-*
nenis *Past*; *Mart. Lambert* *Lubeten-*
sis. Chepregiensis *Conuentus* ac *Col-*
loquii de Coena Domini, inter *Se-*
uer.



uer. Scultetum Past. Bartphensem et Stephanum Böyte Past. Németh-Ujvariensem, atque Ecclesiarum, quae sunt circa Rhabam fluium Superintendentem, Praeside Spect. ac Mgf. Dn. *Franc. de Nadaşd* perpetuo terrae Fogaras et C. Castriferrei ac Soproniensis Comite, Agazonum Regalium Magistro et S. C. R. Maiestatis Consiliario, an. 1591. celebrati, exponit historiam Dn. *Greg. Horuath Stansith de Gradecz* edit. 1591. Bartphae in 8vo. Maxime memorabiles fuerant Ecclesiae Euangelicae Conuentus an. 1563. in *Sator-Ujhely* ac *arce Fysir*, conuocati opera Mgf. Dn. Gabrielis Perény, in quibus, adhibitis consiliis Academiarum, Wittebergensis et Lipsiensis, de dogmatibus controuersis actum est; quae singula refert *Seuer. Sculteti in admonitione ad Vngariae Ciues de retinenda doctrina in Aug. Confess. comprehensa* edit. an. 1599. Bartphae in IVto. Hos concursus Euangelicorum, per Reges inhibitos fuisse, nullum profat




stat vestigium; in quantum, supra exposita, benignissima voluntas Regum cognita est, neque vnquam adfuisse credimus. Certissimum est, in Fraternitatibus habitas Congregationes, et acta earum, per Archi-Diaconos et Praelatos ratas habitas esse, quod affatim comprobant, aeni illius Protocolla. Vid. *Matric. 24. Reg. Eccl. in extractu per Cel. Carol. Wagner editam; Hist. Emberi, et alios*, qui passim exponunt acta talium Conuentuum.

§. XV.


In libertatem talem, adsertae Ecclesiae Evangelicae, statum felicem, per id quoque confirmabant Reges nostri, quod ipsi Visitationem Ecclesiarum instituendam demandabant, vel per Magistratus minores admissam, indulgebant: immo ordinationem Ministrorum per supremos Seniores seu Superintendentes, domi interdum peractam, irritam non efficiebant.

Rex



Rex MAXIMILIANVS II., qui te-
 ste Sambuco in litteris ad Metellum,
 an. 1564. datis, *Augustanae Confes-
 multis de causis magis semper fauit,*
 Dn. David Chytraeum Superint. ex
 Germania euocatum, an. 1569. ad
 visitandas Hungaricas etiam Eccle-
 sias, praesertim quae fluuio Rhaba
 adiacebant, exmittebat, vt fuse ex-
 posuit ex Edelingi, comitis Chy-
 traei relatione *Frid. Schuz in Com-
 ment. de Vita D. Chytraei p. 41. seq.*
*Similes Visitaciones Caesareae militiae
 Muranenses Pastores ac Superintenden-
 tes, mandantibus Praefectis perfecisse
 an. 1578. et dein vicibus repetitis sub
 decursum seculi, de quo agimus, scri-
 ptum superest in Protoc. Fraternali C.
 Gömöriensis. M. Matthias Eberhard,*
 etiam ex edito an. 1576. Enchiridio
 Pastoralis notus, Past. Ecclesiae Sche-
 mnitiensis et Senior Ecclesiarum illa-
 rum partium, frequenter Visitaciones
 instituebat, adiuncto sibi Ioanne Se-
 nensi, vt refert *Mart. Crusius in Ger-
 mano-Graecia p. 180. Horum exemplo,*
 Mgf.

Mgf. Comes Franc. de Nadafsd an.
1598. seq. per Steph. Klafzekouits,
Dan. Teténi, Mich. Zvonarics, Senio-
rum Pastores, in partibus Trans-Da-
nubianis, cum magna utilitate Ecclesia-
rum, ut habent Protocolla partium
illarum, an. 1631. scripta, idem fecit.
 De ordinatione Ministrorum, quae
 Wittebergae, Brigae, Graecii, ante
 lege decretos Superintendentes, per-
 ficiebatur, hoc solum obseruo, illam
 interdum et in Hungaria, per Senio-
 res peractam esse. *Michael Sztari-*
nus et *Stephan. Szegedinus*, multos
 ordinabant; et posterior quidem Szi-
 gethini, etiam an. 1558. in conspe-
 ctu Comitum et Baronum, ut scribit
Scaricaeus in vita Szegedini, huius
Loc. Commun. Theol. edit. an. 1585.
 praemissa. Idem peregrisse *Radafchi-*
num Pastorem Bartphensem et Se-
 nio-rem V. LL. RR. Ciuitatum et
 Ecclesiarum vicinarum, ex Diario
 MSpto Briccii Kokauiani ad an. 1565,
 item Actis Synodi an. 1597. Leu-
 tschouiae habitae, clarum est. Iure
 etenim



etenim Ecclesiarum illarum, vt habet actorum contextus, Bened. Illofuanum pro Tallyenfibus, item Thomam Scultetum, et Gallum Hus ad munus facrum ordinabat, cum Paftoribus, Eperiefini congregatis.

§. XVI.

Vltimo dicam; fuper est fensus et memoria apud posteros, illius ampliffimae Auguftorum gratiae, qua Miniftros Euangelicorum cumulare *non funt dedignati, iura, prouentus, titulos, honoresque feu Characterem Ecclefiasticarum personarum, fere aequalem cum Plebanis R. Catholicis, eis concedendo.* Iura Parochialia ex illis quemuis, et eorum Fraternitates, iura etiam fori fpiritualis habuiffe, matrimoniales casus iudicaffe, caufales litteras sub figillis, quibus a Praelatis donabantur, (an. 1575. Rdf. Dn. Nicol. Telegdi, Liptouienfibus cum Diplomate contulerat) expediuiffe, illi fine teftibus credent, qui

norunt, Praelatis in iuribus subordinatos Ministros, Politiam Ecclesiasticam, tum constituisse. *Zoliensis, Scepusiensium, Trenchiniensium* et plurimum Fraternitatum libri residui, acta talia continent, quae in praesens excerpere, addereque his breuibus paginis, non libuit. Prouentus Parochiales omnes, et decimas quidem, iuxta articulos Diaetae an. 1563. ubi usus obtinuit, pacifice possedisse Ministros, vel ex litteris Regis, quibus defendebantur, patet. *Tales Pastoribus XIII. Oppidorum in Scepus, an 1578. ab Imperatore RVDOLPHO. II., quibus Patronum eorum se adpellabat, et Regalibus 24. saepe datas, inuenies in Analectis Scepus. Cel. Carol. Wagner.* Addam his alias, quibus in iuribus Liptouienses Ministros, contra Praelatum tuetur Rex, quae sunt: „ RVDOLPHVS II. Dei „ gratia electus R. Imp. semper Augustus, Germaniae, Hungariae et „ Bohemiae Rex, Archi-Dux Austriae - - Fideli nostro Venerabili „ Ioan-




„ Ioanni Kutassy Praeposito S. Tho-
 „ mae, Canonico ac in Spiritualibus
 „ Vicario et Causarum Auditori Ec-
 „ clesiae Metropolitanae Strigonien-
 „ sis Generali, salutem et gratiam.
 „ Exposuerunt Maiestati nostrae in
 „ personis Honorabilium, Melchioris
 „ Duchon Vicem Gerentis et Paro-
 „ chi ad B. V., Michaelis Batiz ad
 „ S. Michaellem, Ambrosii Poloni in
 „ Ternouecz, Casp. Danisca Boden-
 „ sis, Blasii Veitzi Terstenensis,
 „ Martini Vespertini Selnicensis, Leo-
 „ nardi Mokoichini Liptschensis, Sa-
 „ muelis ad S. Ioannem, Laurentii
 „ Quascanensis, Andreae Zubor Za-
 „ dyelensis, Iacobi Selniciensis de
 „ Lubelye, Philippi ad S. Crucem,
 „ Andreae Rosembergensis, Nicolai
 „ Benedicti Liszkafaluensis, Step-
 „ hani in N. Palugya, Matthiae Ra-
 „ duch in Bobrouecz, Emerici ad
 „ S. Nicolaum, Nicolai Priuidiensis
 „ in Szmrecsan, Antonii Pribits in
 „ Mattyasouecz, Georgii Melekii ad
 „ S. Stephanum, Balth. Chyerni in
 „ Dubra-

„ Dubraua, Geor. Poluch in Proseck,
„ Leonhardi Sz. Péteri Hybenfis,
„ et Balthafaris Nouifoliensis Teple-
„ nensis, Parochorum videlicet Co-
„ mitatus Liptouiensis, qualiter his-
„ ce superioribus praeteritis diebus,
„ iidem exponentes per fidelem no-
„ strum Ven. Ioannem Chereody
„ Archidiaconum Nitriensem et Ca-
„ nonicum praefatae Ecclesiae Me-
„ tropolitanae Strigoniensis, ratione
„ et praetextu certorum quorundam
„ censuum, per praefatos exponen-
„ tes Parochos, memorato Archi-
„ Diacono et Canonico praefatae Ec-
„ clesiae Metrop. Strigon. annuatim,
„ vt idem praetenderet, soluendo-
„ rum, non Spirituale forum, sed
„ seculare iudicium concernentium,
„ in Tui praesentiam fuissent citati,
„ conuenissentque in causam, in qua
„ Tu etiam procedere, et exinde
„ ad instantiam praefati Ioannis Che-
„ reody eosdem exponentes aggra-
„ uare et damnificare niteris et vel-
„ les, in derogamen iurium eorum

„ exponentium manifestum. Et quia
 „ causae, seculare iudicium concer-
 „ nentes, non in praesentia aliquo-
 „ rum Iudicum spiritualium, sed in
 „ Curia nostra Regia, coram Iudici-
 „ bus Regni nostri Hungariae Ordini-
 „ nariis, verti soleant et iudicari;
 „ pro eo fidelitati Tuae harum serie
 „ firmiter praecipientes committimus
 „ et mandamus, quatenus acceptis
 „ praesentibus causam praescriptam
 „ inter partes easdem coram te, vt
 „ dicitur motam et vertentem, in
 „ eodem, in quo nunc est statu,
 „ absque omni grauamine et difficul-
 „ tate aliquali ipsorum exponentium,
 „ in Curiam nostram Regiam, no-
 „ stram scilicet in Personalem prae-
 „ sentiam, ad terminum competen-
 „ tem, per litteras tuas, partibus
 „ ipsis praefigendum, mature reui-
 „ dendam, et sine debito terminan-
 „ dam, transmitters modis omnibus
 „ velis et debeas. Quae si non se-
 „ culare, sed spirituale iudicium con-
 „ cernere agnita fuerit, rursus eo-

„ dem

„ dem indecisa in tui praesentiam
 „ remittetur, per te sine debito ter-
 „ minanda. Secus non facturus,
 „ praesentibus perlectis, exhibenti-
 „ bus restituti. Datum in possessio-
 „ ne Alfaz, in profesto B. Barbarae
 „ Virginis, An. Dni Millesimo quin-
 „ gentesimo Octuagesimo quarto. Ru-
 „ dolphus II. - - “ Hos Parochos
 Liptouieneses, Euangelicos fuisse, si
 quis dubitaret, intelligat ex Legibus
 eorum, an. 1569. publicatis, in qui-
 bus Nro. 25. ita habent: *Nunquam*
antea accedant Dn. Fratres ad per-
agenda negotia in Conuocatione, quam
prius caput vnum ex Confessione Au-
gustana perlegatur. In vsu decima-
rum, vi legum et gratia Regum,
 fuisse Pastores, cognoscas etiam ex
 litteris Rdfi. Dn. Szuhay, sonantibus:
Venerabilibus Parochis Ecclesiarum Co-
mitatus Minoris Honth, Fratribus in
Christo dilectis. Venerabiles in Chri-
sto Fratres, salute et commendatione
mei praemissa. Accepi supplicem Ve-
strum libellum, quo cupitis ut in se-



decimis et decimis Vestris percipiendis,
 Vobis auctoritate mea opem feram.
 Cum autem nunc omnia armis perso-
 nent, nec ego, nisi via iuris, quidquam
 tam remote possim, interque arma,
 ipsae etiam lites aut leges fileant, co-
 gor huic negotio superfedere. Vbi
 autem aduenerit tempus, decimarum
 colligendarum, per fide dignas et ho-
 nestas personas, proventus Vestros ab
 ouiculis Vestris postulate. Quodsi spon-
 te dederint, bene quidem; sin minus
 consignate omnium nomina diligentis-
 sime, una cum cognominibus, Domi-
 nis et habitationis eorundem, tum a
 me accipietis mandatum citationis,
 quo cogentur duplum et insuper ex-
 pensas restituere. Haec paucis ad Ve-
 stram intercessionem, et M. D. Capi-
 tanei Muranensis commendationem, ac-
 cipite. Valet. Strigonii die II. Iun.
 1594. Stephanus Szuhay Ep. Vaciensis
 Praepositus Maior et Vic. Gen. Stri-
 gon. S. C. et R. M. Consil. Patet
 iam ex supra citatis, honorabilium
 titulum, Ministris cum Plebanis com-
 mu-




munem fuisse ex gratia Regum; qualem fauorem neque Regni Barones ac Praelati Hungariae eis subtrahebant, eosdem *Praepositos* (ut erant Ujhelini ad Vagum, an. 1573. *Nicol. Mitzer*, an. 1578. *Geor. Choicssiuenus*, an. 1582. *Casp. Marciglodius* et *Michael Czabani*; *Bajmocii* autem *Paulus Wranka* et *Isaac Abrahamides*) *Vice Archi-Diaconos*, *Piebanos*, *Fratres*, se autem eorum, atque relictorum per eos Orphanorum tutores, defensores cognominando, quoad tepescere incepisset caritas Christiana. Illustrabit comma vltimum, littera Dn. C. Georgii Thurzo, ad Marcellum Nagy, Abbatem Zkalkensem et Archi-Diaconum Trenchinensem data, quae seq. est: „ Reuerende Domine, Amice nobis singulariter colende! Litteras R. V. accepimus, ex quibus optime conicere licet, quo amore nostrae Confessionis homines Rdff. D. Episcopus, (Franc. C. a Forgacs Nitriensis) affinis alias noster, prosequatur, neque du-




„ bii est, eos, qui a Confessione no-
 „ stra deficiunt, semper maiori odio
 „ nos prosequi, quam eos, qui ab in-
 „ eunte aetate in Confessione Ponti-
 „ ficia sunt enutriti. Non tamen in
 „ nobis tantum inhumanitatis signum
 „ apprehenditur. Nos enim Rdfi.
 „ Domino Episcopo, Episcopatum Ni-
 „ triensem non invidemus, neque in-
 „ dignum eo officio, etsi alienum a
 „ nostra religione, Suam Rdfi. Do-
 „ minationem iudicamus, quemadmo-
 „ dum ex litteris R. D. patet, eun-
 „ dem nostros V. D. Ministros in-
 „ dignos iudicare, immo eos, qui
 „ veram religionem Evangelicam ac
 „ Christianam profitentur, vt aliquan-
 „ do dignitatis titulo ac honore fun-
 „ gantur, quod vnquam, nec a Do-
 „ mino Archi-Episcopo, aut aliis Do-
 „ minis Episcopis audiimus, neque
 „ in eorum litteris legimus, quod
 „ quam inhumanum sit, iudicio R. D.
 „ relinquimus. Alias si opinio Rdfi.
 „ D. suum haberet locum, Dn. Pa-
 „ rentem Suae Rdfi. Dominationis

„ Si-



” Simonem Forgacs, Socerum vero
” nostrum obseruantissimum, nostram
” Confessionem profitentem, indi-
” gnum illis officiis, quibus certe
” digne ornabatur a Diuis Imperato-
” ribus, iudicaret. Egregia profecto
” filii erga parentem esset affectio.
” Gratias itaque habemus Suae Rdf.
” D., quod omnino suum erga nos
” hac in re declarauerit animum.
” Erit profecto nobis tam honestius,
” quam etiam vtilius, nostrisque V.
” D. et Sacramentorum Ministris, si
” ii ipsimet intra se boni ordinis er-
” go, insalutata Sua Rdf. D., quem-
” admodum ipsemet cupit, non Vi-
” ce, sed vere Archi-Diacocum ele-
” gerint, et a Rdf. D. hac in re
” confirmationem non expectauerint.
” Profecto non inuidemus Suae Rdf.
” D. tam in hoc, quam in futuro Se-
” culo statum, neque exoptamus E-
” piscopatam Nitriensem, satis alias
” lautissimum: sufficit nobis Christus,
” in quo tam Ministris nostris, quam
” nobis, certe gloriari licet. Is nos



„ ornabit in aeterna beatitudine,
 „ non Episcopatu aut V. Archi-Dia-
 „ conatu, sed corona immarcescibi-
 „ li, vita videlicet aeterna. - - Ex
 „ Bitscha d. 28. Iunii 1598. R. D. V.
 „ Amicus semper beneuolus Geor-
 „ gius Thurzo. “ Haec ex Protoc.
 Fr. Trentschiniensis.

§. XVII.


Et haec sunt illa, erga Euange-
 licos, E. Voluntatis, Regum Hun-
 gariae, Seculi sexti decimi vestigia,
 quae propemodum oblitterata, vel
 sine eo etiam, quo maiori veneratio-
 ne prosequantur, vberius pertractan-
 da fuissent, nisi fati inclementia, quae
 manet tale studium, pressus, deline-
 re deberem. Confido nihilominus
 plerosque futuros, qui ex his per-
 spicient, inuidiae vel ignorantiae
 fuisse praeiudicium illorum, qui scri-
 bunt, Euangelicos ante regimen
 MATTHIAE II. Regis, nullum ha-
 buisse in Hungaria liberum suae re-
 li-

ligionis exercitium. Huius, libertatem publicam, Regni lege an. 1608. lata, ab omni vi, aut iniuria, publice praemunitam fuisse, vtique veneratione gratiae Regiae pleni posterī recognoscunt; ast nequeunt esse ingrati, erga Augustorum Seculi praefati paternam indulgentiam, subticendo maioribus suis, in negotio religionis antea iam concessa beneficia. Oportet potius, in talium beneficiorum restaurandam memoriam, sollicitate in posterum adnitantur, aut laborantes gratiose subleuent., illi praesertim, quorum animos in praesens, radii gratiae **AVGVSTISSIMI IOSEPHI II. Imp. et Regis nostri**, vera Christiana Tolerantia refocillant, quo clarius adhuc pateat, Patrem hunc Patriae indulgentissimum, in Regno quoque Hungariae, nihil prorsus, a praeaudatorum **MAIORVM SVORVM** exemplis: alienum facere, dum omnes fideles subditos suos, pari fauore Regio, prosequi constituit. Profecto, verbis vtar Horatii:

Hoc


*Hoc nihil maius, meliusue terris
Fata donauere, bonique Diui;
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum.
Tempora priscum!*

Si quando etenim, certe hoc tempore, de publica salute Prouinciarum, Regimini Augusti diuinitus concreditarum, bene sperandi, datur causa. Propulsatis odiis, quae naturae humanae exuebant sensum, iam tranquillitas promittitur, salus: nullae amplius incolarum e sedibus suis expulsoꝝ lamentationes, nulli audientur ob religionem, miserorum genitus. Amor Populorum IOSEPHVS II. vigorem nouum, nouaque incrementa felicitatis, exemplo suo, indixit orbi. Quis a iustissimo gaudio temperare, quis a decretis Numini Diuino supplicationibus, pro EIVS regimine felicissimo, desinere, conueniens esse subditis, iudicabit? Gaudio et pietate inflammati Ciues, ardebunt studio seruiendi deuotissimo, praecibusque simul exorabunt mutuis, redeant semper illi dies felici-



licissimo fidere, in quibus magna cum
utilitate ac iucunditate, Regis De-
cretis, nouissime insinuatum, mutuum
amorem Christianum, sincere promo-
ueant omnes. Praesens exercitatio,
rudi licet penicillo delineata, quodsi
eidem studio inferuire potuerit, non
inaniter collocatus censebitur labor,
hoc sane praecipue scopo susceptus;
atque permanebit Regum nostrorum,
antiquae gratiae, aetate nostra reflo-
rescentis, memoria sempiterna, id
quod plurimum et exoptamus et
expetimus.





Additamentum ad Paragr. III.

CONFESSIO CHRISTIANAE DOCTRINAE QVINQVE REGIARVM LIBERARVMQVE CIVITATVM IN HVNGARIA SVPER. CASSOVIAE, LEVT-SCHOVIAE, BARTPHAE, EPERIESINI AC CIBINII.

I. Corint. III. II. Rom. X. IO.

Matth. X. 32.

I. DE DEO.

Docemus vnam indiuiduam, aeternam, bonam, iustam, sapientem, immensam, etc. Diuinam essentiam esse, iuxta illud Deut. *Dominus Deus noster, Dominus vnus est*: et tamen tres distinctas Personas, Patrem, Filium, et Spiritum S. eiusdem potentiae, gloriae, aeternitatis etc. confitemur. Iuxta distinctionem Domini, Matth. vltimo: *Baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.*


II.

II. DE CREATIONE.

Docemus et credimus eundem DEVM, qui in essentia vnus, et in personis trinus est, omnia creasse, atque adhuc creare et conseruare res conditas: Fuisseque originaliter in ipsa creatione, omnia valde bona, sicut scriptum est Gen. I. *Vidit DEVS omnia quae fecerat et erant valde bona.* Sed lucifer cum suis sociis degenerauit, hominemque secum in eandem inobedientiam traxit. Hinc omnia, quae mala sunt habent originem suam. Deus enim propter peccatum maledixit terrae. Et sicut mors propter peccatum intrauit in mundum Rom. 5., sic etiam omnes plagae, sunt poenae peccatorum.

III. DE PECCATO ORIGINIS.

Docemus et credimus, primos parentes origine iustos fuisse, in lapsu autem iustitiam amisisse, omnesque homines cum originali iniustitia
et



et peccato, quod aeterna morte dignum est, nasci, neque ab hoc ullis suis viribus liberari. Iuxta illud Psal. 51. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*, etc. Et Gen. 6. et 8. *Omnis cogitatio humani cordis ad malum prona est.*

IV. DE INCARNAT. CHRISTI.

Docemus et credimus, mediam personam in diuinitate, quae nunc Verbum, nunc filius DEI vocatur in scriptura, veram carnem humanam ex utero intactae virginis sumpsisse: Vereque Deum et hominem in vna persona de Virgine natum esse, iuxta vaticinium Esai 7. *Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel*: Et historiam Lucae 1. et 2. Quodque idem factus sit hostia pro peccatis totius mundi satisfaciens. Esai 53. *Posuit Dominus iniquitates omnium nostrum super eum*. Et Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*. 2. Cor.


5. *Pro omnibus mortuus est. Item, quod tertia die resurgens a morte, iustitiam, quae coram Deo nobis imputatur, attulit, Rom. 4. Traditus est propter peccata nostra, et resurrexit propter iustificationem nostri. Item: quod ascendit ad coelos et venturus sit ad viuos pariter et mortuos iudicandos, iuxta symbolum Apostolorum et testimonium Angelorum Act. 1. Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum.*

V. DE IVSTIFICATIONE.

Et quoniam oportuit filium Dei pro peccatis totius mundi tradi et conteri, docemus et credimus, homines nullis suis viribus, nec operibus posse placare Deum, nec assequi iustitiam, quae in iudicio Dei consistat: iustificari autem gratis absque suo merito, si detestando peccatum, credunt in Christum, quod vnica oblatione, in cruce facta, Pater sit placatus, omnibus, qui huius

H


me-



mediatoris fiducia ad misericordiam eius confugiunt. Qui igitur hanc fidem habent, iidem habent remissionem peccatorum, et pro iustis reputantur. Rom. 3. *Omnes peccauerunt, et iustificantur gratis per fidem in Christum propiciatorem.*


VI. DE FIDE.

Fides autem, qua tanta beneficia apprehendimus, non est humanum aliquod opus, aut notitia, quae etiam in impiis et daemonibus existere potest, sed est donum Spiritus S. Quod ut assequamur, ministerium est institutum, in quo sonat pura doctrina Euangelii, et sacramenta administrantur; per hoc enim Ministerium Spiritus S. est efficax in auditoribus non repugnantibus, sed obtemperantibus ministerio, iuxta illud Pauli Rom. X. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.*



VII. DE BONIS OPERIBVS.

Nec tamen ita docemus fidem, quasi bona opera non essent facienda. Est enim credentibus necessaria bona conscientia, quae non habet locum in iis, qui contra mandatum Dei de industria indulgent, nec repugnant suis cupiditatibus. *Sumus enim debitores non carni, ut secundum carnem viuamus, ut Rom. 8.* scriptum est, sed liberati a Regno diaboli, et translati in regnum Dei, iam huic Domino seruire, hoc est, voluntati eius obedire debemus. Sed docemus huic nouae obedientiae non esse confidendum, quasi per eam mereamur remissionem peccatorum, iustitiam et vitam aeternam coram Deo. Manifesta est enim sententia Domini, *cum feceritis omnia, dicite, serui inutilis sumus.* Et Ephes. 2. *Gratia salui facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur.*




VII. DE ECCLESIA.

Docemus praeterea et credimus, vnam tantum Catholicam seu vniuersalem Ecclesiam ab exordio mundi fuisse, semper mansisse, mansuramque esse in perpetuum, quamquam aliquando multis erroribus obscuratur. Et fatemur eam non loco non personis, non ritibus humanitus institutis alligatam esse, sed tantum verbo Dei et sacramentis, iuxta illud Ioan. X. *Oues meae vocem meam audiunt: quemadmodum Pater mandauit Psal. 2. Osculamini filium. Et Matth. 17. Ipsum audite. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.* Etsi vero Ecclesia corpore et rebus ciuili potestati subiecta est, tamen in religione nullum aliud caput agnoscit, nisi Christum Eph. 1. Colof. 1. Neque enim Magistros ac Dominos, sed Ministros constituit Deus in medio eius, qui seruiant ei,
ver-

verbo et sacramentis. Satis est igitur, Ecclesiam ubique habere sinceram doctrinam, et verum usum sacramentorum, etiamsi aliqua est in humanis ritibus dissimilitudo. Et quamquam vera Ecclesia sunt illi demum, qui vere sancti et iusti sunt, regunturque Spiritu S. per verbum, tamen mali quoque in hoc coetu, qui quodammodo in doctrina vsuque Sacramentorum consentiunt, sunt externa membra Ecclesiae, 2. Timon. 2. *In magna domo sunt etiam vasa lignea et testacea.* Est igitur Spiritus S. efficax per ministerium etiam impiorum ministrorum, si non corrumpant verbum et Sacramenta, sicut Iudae ministerium multis profuit.

IX. DE BAPTISMO.

Docemus etiam et sentimus, quod homines per Baptismum, siue infantes, siue adulti baptizentur, incorporantur Ecclesiae, et consequuntur remissionem peccatorum, vereque



mundantur, non quod nullum peccatum sit residuum apud baptizatos, sed quod non imputetur, modo odium peccati et fides in Christum adfit. Iuxta promissionem: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit.*

X. DE COENA DOMINI.

In Coena Dominica docemus et credimus verum corpus et sanguinem Domini, de Virgine natum et in cruce passum, sumi ab Ecclesia, Dicit enim Dominus, *hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur* etc. Vnamque communem Coenam seu Missam, vt vocant, quolibet die festo celebrantes, porrigimus singulis, aut pluribus, qui coram Sacerdote rationem suae fidei reddentes, emendationem vitae promittunt, petuntque consolationem, absolutionem, et in confirmationem fidei suae usum venerabilis Sacramenti: Iubet enim Dominus Coeli et terrae, integro vti Sacramento, idque mandatum dat
omni-




omnibus. Et Paulus vniuersae Ecclesiae Corinthiorum vsum integri Sacramenti commendat.

XI. DE CONFESSIONE.

Priuatam Confessionem propter tres causas omnino retinemus. Primum, vt rudes examinentur et instituantur. Secundo, vt illi, qui speciales perturbationes conscientiarum habent, specialem quoque consolationem ex verbo Dei petant. Tertio vt singulis seorsim abolutionis sacramentum impertiatur.

XII. DE POENITENTIA.

Caeterum perpetuo vrgemus doctrinam poenitentiae, sine qua nec ingredi quisquam in Ecclesiam, nec ingressus perseuerare potest: Quodque haec constat. Primum contritione, quando corda tanguntur ira Dei, mortemque aeternam sentiunt, reuelante lege Dei peccata. Deinde fi-



de, quando Euangelio offerente meritum et satisfactionem Christi, corda ex paucibus eriguntur fiducia misericordiae Patris, quam Christus conciliauit omnibus agentibus poenitentiam, et in ipsius nomen credentibus.

XIII. DE VSV SACRAMENTOR.

Sacramenta sentimus non ideo tantum a Christo instituta esse, vt discrimen faciant inter Christianum, sed potius vt sint sigilla diuinae voluntatis erga nos, ad hoc proposita, vt in singulis per haec pacta diuina excitetur et confirmetur fides. Nisi igitur adsit fides, apprehendens pactum et promissionem Dei, inanis est vsus Sacramentorum; immo cedunt in iudicium, iuxta Pauli testimonium.

XIV. DE MINISTRIS.

Sentimus, nemini licere fungi officio publico docendi et administrandi Sacramenta in Ecclesia, nisi legitime



time vocatus fuerit ab Ecclesia, et a fidelibus eruditisque, antea denique probatis ministris verbi Dei, approbatus et in ordinem assumtus: iuxta ritum veteris Ecclesiae Actor. Cap. 1. Et primo libro Epistolarum Cypri: Epistola 4.

XV. DE CEREMONIIS.


Ceremonias in Ecclesia et seruamus et seruandas esse sentimus, quae ornant Ministerium, possuntque bona conscientia seruari; vt sunt certae feriae, cantiones, lectiones sacrae, et orationes additae ad Dominicam Coenam celebrandam. Item vestes speciales Ministrorum et alia multa. Quae tametsi absque peccato omitti possent in Ecclesiis recte et satis institutis; tamen quia ornant Ministerium, ea studiose retinemus.

XVI. DE REBUS POLITICIS.

Magistratus, Iudicia, rerum pro-

H 5

prie-



prietatem, contractus legitimos, et alia recte rationi consentanea probamus, vt bonas Dei ordinationes, quas Euangelium, non modo non improbat, verum confirmat, et praecepit vt in magno honore habeantur secundum DEVM.

XVII. DE MATRIMONIO.

Ita sentimus et Matrimonium esse ordinationem diuinam, ac propterea, damnatis vagis libidinibus, contrahendum esse ab idoneis hominibus, si donum castitatis virgineae non habent. *Nam scortatores non habent partem in regno Dei.*

XVIII. DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.


Resurrectionem mortuorum, iustorum et iniustorum, in die iudicii certissime futuram esse statuimus, in qua, pii aeterna praemia consequentur; impii vero aeternas poenas.

XIX.

XIX. DE LIBERO ARBITRIO.

Liberum arbitrium fuisse in primis parentibus ante lapsum affirmamus, sicut Angeli, qui lapsi non sunt, adhuc habent, sed post lapsum amiserunt libertatem, sicut et alia dona integrae naturae; ita ut in externis duntaxat rebus aliquam habeamus eligendi libertatem, ut possimus hoc vel illo colore vestiri, hoc vel illo cibo vesci, honeste vivere, scandala vitare, vitamque nostram foris ad normam decalogi gubernare, tametsi haec ipsa voluntas saepe et varie impediatur. Sed verum timorem, fidem ac dilectionem Dei et caetera praestare: item Euangelio credere, non est in nostris viribus: iuxta illud: *Nemo novit filium nisi Pater, et Patrem nemo nisi filius, et cui Filius voluerit revelare.* Item: *Nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum.*

32





XX. DE INVOCATIONE SANCT.


Sanctos vita defunctos omni quidem laude dignos esse docemus, vt qui praelucent nobis doctrina, multisque praeclaris exemplis. Caeterum quod inuocandi sint, in eo nos prohibet, non modo, quod nullum extat mandatum Dei, neque Sanctae Ecclesiae testimonium: verum etiam quod primo et secundo praecepto prohibemur: Non habebis Deos alienos. Item: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Inuocatio enim, sicut alii cultus primae tabulae, nulli debentur, nisi Deo.


Haec Confessio exhibita Regi Ferdinando I. an. 1549., edita fuit typis Cassouiae per Ioan. Fischer an. 1613. in IV.














K. IX (8)

~~F. J. M. EE VII. G.~~



